



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

Anno Quinto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

BULLARIUM ROMANUM.

TOMUS DECIMUS-QUINTUS,

SIVE

CONTINUATIONIS PARS NONA.

CLEMENTIS XII. PONTIFICIS CCL.

ANNO V. & CHRISTI MDCCXXXIV.

ANNO
1734.

CLEMENS XII. quem in Romanum Pontificem electum diximus die 12. Julii 1730. quindecim peractis Promotionibus trigintaquinque creavit Cardinales. Sedit in Pontificatu Ann. IX. Menses VI. Dies XXIV. Obiit vero die 6. Februarii 1740. Cujus corpus primum ad S. Petrum delatum postea in Lateranensi Basilica tumulatum est in Monumento, quod sibi vivens extruxerat. Vacavit Sedes Menses VI. Dies XI.

ANNO
1734.

CXL.

Ut omnes Conventus Provinciae Peruntinae, & Chilen. Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini in possessionem privilegiorum in qua usque modo fuerunt, deinceps absque ulla alteratione permaneant, etiam si octo Religiosos de familia non habeant, non obstantibus Literis Pauli V. quibus hujusmodi Domos suppressi jubebatur.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Conventus Ord. Prædicatorum, & Eremitarum S. Augustini in Provinciis Peruntinae & Chilen. in America, quamvis tres duntaxat Religiosos de familia alerent, fruebantur Privilegiis ceterarum Domorum Regularium.

S. I.



Didacus Salinas & Cabrera Frater pariter expressè Professus Ordinis Eremitarum S. Augustini, in eadem Sacra Theologia Magister, Assistent Generalis Hispaniarum, ac pro Peruntina & Chilensi Provinciis itidem Procurator, quod in vastissimis Americae Meridionalis Regionibus dictæ Provinciæ, plures reperiuntur Regulares Conventus fundati, vel in locis a Civitatibus valde remotis, vel in Oppidis parvis, & miserimis, qui non alio sine illic sunt fundati, quam ut Spirituali Christifidelium ibidem commorantium utilitati inserviant: idem etiam accidit in aliis Conventibus, qui dicuntur Prioratus pro Indo-

rum Christifidelium assistentia, ac instructione erectis, qui solum, ex tribus Provinciis supra relatis, sunt in Provincia Peruntina eorundem Ordinum, prædicti vero Conventus ut plurimum sunt pauperrimi, & consequenter nec habent, nec alere possunt nisi duntaxat sex, quinque, quatuor, aut tres Religiosos de familia, cum quibus & spiritualibus Fidelium hujusmodi indigentis abunde providetur, & disciplinæ Regularis sequela, quoad posse, conservatur, quibus de causis, tam ex Constitutionibus, seu Statutis Ordinis, Apostolica confirmatione roboratis, quam ex inconcussa, inveterataque dictarum Provinciae praxi, omnibus domorum, seu Conventuum Regularium usque modo privilegiis, eorumque Priores, seu Prælati canonice electi voce activa in Capitulis Provincialibus, eorumque electionibus gaudebant.

§. 2. Anno autem MDLXXI. die 21. Septembris a fel. rec. Paulo PP. V. Prædecessore nostro quadam Literæ in simili forma Brevis expeditæ emanarunt, per quas statuebatur, quod Conventus Provinciae Americae, qui numerum saltem octo Religiosorum alere non possunt, supprimerentur, & Religiosi in illis residentes ad alios Conventus, ubi Regularis vigeret observantia, transferrentur; committendo earum executionem arbitrio Episcoporum illarum Partium, si ipsis pro Divini cultus augmento, & regularis disciplinæ observantia expedire videretur, eorum super hoc conscientiam onerando.

§. 3. Sed nunquam usque modo relatæ literæ a dictis Episcopis executioni mandatæ fuerunt, imo retroactis annis tunc existens Archiepiscopus Sanctæ Fidei novi Regni Granatensis, tunc etiam existentibus S. R. E. Cardinalibus Con-

Paulus vero V. jussit eos suppressi Conventus, in quibus octo saltem Religiosi alii non possint, mandati hujus executionem Episcopis committens.

Sed quamvis ut supra jussis factum nunquam fuerit factis ex mente quoque Episco-

1734.

porum, qui ea dixerunt non exequenda; nonnulli tamen ad privandos illorum Domorum Priores a voce activa in Capit. Provincialibus eadem exequi velent.

gregationis negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium prepositæ, per peculiare literas ipsas directas, retulit impossibile prorsus fore ad earum executionem devenire, & certe per centum viginti duos annos eam haud omisissent, si dictas literas aut reducendas ad praxim, vel convenientes illic judicassent, quum ipsis tam serio, & sub conscientia gravamine eorundem executio fuisset demandata. Porro post centum fere annos a prædictarum literarum expeditione, in una, aut alia Provincia aliqui particulares Religiosi (personarum exterarum fulti patrocinio) ob personales vitiososque fines earum executionem demandarunt, non quoad Conventuum suppressionem, aut quoad alios effectus in eisdem literis contentos, sed solum quoad finem excludendi a Suffragio activo in Capitulo Provinciali, ejuisque electionibus Priores, seu Prælatos Conventuum, octo Religiosos de familia non habentium, illosque de facto sæpius excluderunt maximo cum scandalo, & pacis Regularis jactura, ut frequenti experientia comperitum est, ex ejusmodi literarum executione ingentia ferme pullulare damna, cum illarum observantia demandetur, solum quoad Vocalium exclusionem, & hoc ipso tempore celebrationis Capituli, aut immediate ante, nimirum quando præterentes agnoscent se votum ferentibus, vel non ferentibus dictis Prioribus, posse includi vel excludi, consequenterque solum tendat ad turbandam Provinciarum pacem, & ad fovendas continuas inter Religiosos discordias, vel ad validandam, vel annullandam ad proprium nutum, & libitum electionem, ut memoratus Sanctæ Fidei Archiepiscopus eidem Congregationi Cardinalium retulit, & ex hoc sequitur, quod prædictarum literarum executio modo dicto, plus damni, quam utilitatis dictis Provinciis afferat; & si, quoad suppressionem Conventuum, in usum adducitur, in maximam dictorum Fidelium perniciem redundaret.

Pontifex illis Conventibus antiqua jura, & Privilegia confirmat.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipsi exponentes, quo fraudibus, malitiisque via præcludatur, & Conventuum indemnitati, & Capitulorum, Religiosorumque quieti consulatur, opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri summopere desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Ut omnes supradicti Conventus in possessionem privilegiorum, in qua usque modo fuerunt, deinceps absque ulla alteratione permaneant, etiam si octo Religiosos de familia non habeant, aut possint alere, eorumque Priores, seu Prælati legitime electi, voce activa in Capitulis Provincialibus, aliisque electionibus sicut antea potiantur, & gaudeant, & eodem prorsus modo Priores Conventuum Indorum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, indulgemus.

Hæc litteras perpetuo valituras firmat.

§. 5. Decernentes eandem præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari. Sicque in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritam, & inane, si fecus super his a quoquam quavis au-

thoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præfati Pauli, & alius Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum literis, per quas determinatus numerus Religiosorum in Monasteriis præfinitur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, Ordinum, & Conventuum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut eorundem Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 19. Julii MDCCXXXIV. Pontificatus Nostri Anno V.

F. Card. Oliverius.

1734.

Obstantibus derogat

Transumptis fidem adjicit.

*Dat. die 19. Julii 1734. An. V.

Septuaginta quinque ducatos qui post obitum singulorum Cardinalium Officialibus, & Ministris Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii per Hæredes defuncti juxta Pauli V. Constitutionem solvendi erant, deinceps a singulis Cardinalibus in sua ad Cardinalatum promotione solvi præcipit.

CXLI.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias fel. rec. Paulus PP. V. Prædecessor noster considerans assiduos labores, quos Officialibus, seu Ministris Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii in rebus, & negotiis ejusdem Sacri Collegii procurandis sustinebant, per quasdam suas in simili forma Brevis die 3. Januarii 1619. expeditas literas, Motu suo proprio, ac ex certa scientia, Secretario, Clerico, & Computista ipsius Sacri Collegii septuaginta quinque Ducatos auri de Camera, nimirum vintiquinque pro quolibet eorum a singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem, ac totidem post obitum singulorum Cardinalium, etiam si ad Cardinalatus dignitatem promoti Romam nondum venissent, & five illos in Romana Curia, vel extra eam, & ubique decedere contingeret, in supplementum mercedis ordinariæ eorundem Officialium, five Ministrorum deberi, illisque conjuncta per pro tempore existentes Cardinales prædictos, seu eorum Agentes, & Hæredes respectu, absque mora solvi, & eis consignari debere, sine tamen præjudicio quorumcumque jurium Cameræ Apostolicæ quomodolibet debitorum, ac solvendorum, auctoritate Apostolica perpetuo statuit, & ordinavit, prout in Pauli Prædecessoris literis præfatis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Paulus V. Ministris Sac. Collegii solvi jussit a Cardinalibus in die promotionis 75. Ducatos, totidemque post mortem.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, septuagintaquinque Ducatorum auri hujusmodi eisdem Officialibus, seu Ministris post obitum Car-

Sed cum exactio dd. 75. Ducat. post mortem

dinalium,

1734.

Cardinalium
difficilis red-
datur.

dinalium, sicut præmittitur, debitorum, & per defunctorum hæredes solvendorum, exa-ctio perquam difficilis reddatur, præcipue ubi ipsos Cardinales extra Ditionem Ecclesiasticam, & maxime ultra Montes ab humanis decedere contingit, ita ut multoties eorum solutionem etiam post peractas exa-ctiores diligentias a præfatis hæredibus nullatenus consequi valeant, di-ctique Officiales, seu Ministri eo ægtius istiusmodi emolumentis careant, quod merces eorum ordinaria admodum tenuis existat, sibi-que vicissim non mediocres labores, aliaque onera incumbant, ac propterea Secretario multa etiam expensæ faciendæ veniant, Clerico vero, ac Computista prædictis alieno servitio, seu ministerio sese addicere per statuta ejusdem Sacri Collegii vetitum sit.

Eos itaque
in ipsa pro-
movere per-
solvit præci-
pit.

§. 3. Nos præmissa, ac præsertim dicta emolumenta ipsis Officialibus, sive Ministris tanquam mercedem, seu pro eorum mercede præstanda fore attendentes, illorumque proinde indemnitati prospicere volentes, & Motu simili, ac ex certa scientia nostra, septuaginta quinque Ducatos, qui post obitum singulorum Cardinalium ejusdem Officialibus, seu Ministris per hæredes Defunctorum juxta Pauli Prædecessoris literarum præfatarum formam, & dispositionem solvendi, & consignandi erant, deinceps a singulis Cardinalibus in sua ad Cardinalatus honorem promotione per se, seu eorum Agentes ipsis Officialibus, sive Ministris absque mora una cum aliis septuaginta quinque Ducatis similibus in eorum promotione hujusmodi debitis, & assignatis, ut præfertur, solvi, & consignari debent, sine ullo pariter quorumcumque jurium Camera Apostolicæ debitorum, & solvendorum præjudicio, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo itidem statuimus, & ordinamus.

Exequuto-
res mandati
hujus depu-
tati.

§. 4. Injungentes propterea dilectis filiis ejusdem S. R. E. Collegii Cardinalium moderno, & pro tempore existenti Camerario, necnon Causarum Curia Camera prædictæ generali Auditori, quatenus infra mensem a die promotionis dictorum Cardinalium computandum, etiam si ipsi Cardinales nondum, ut supra dictum est, Romam venerint, per Collegii prædicti Depositarium, vel alias, prout melius expedire videbitur, centum quinquaginta Ducatos auri de Camera in totum Secretario, Clerico, & Computista præfatis, quibusvis appellationibus, subterfugiis, & cavillationibus remotis, persolverent, & etiam cum effectu faciant, ac summarium, & expeditum jus illis administrent, omnibusque remediis opportunis sibi bene visis, etiam cum invocatione auxilii brachii secularis cogant, & compellant.

Derogat ob-
stantibus.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Paulus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 17.
Augusti
1734. An. V.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Augusti 1734. Pont. nostri Anno V.

F. Card. Oliverius.

CXLII.

Nonnulla privilegia Provincialibus Societatis Jesu in partibus Indiarum existant. a sa. me. Pio IV. concessa, confirmantur.

C L E M E N S P P . X I I .

*Ad futuram rei memoriam.*Pius IV.
aliq. Pontif.
ces Patribus
S. J. facultat.

§. 1. Cùm dudum fel. rec. Pius PP. IV. Prædecessor noster inter alia, ut Societatis Jesu Provinciales, vel ab eis deputati Pres-

byteri cum Neophytis Indiarum, aliarumque Orientalium Regionum in quocumque, seu quibusvis a jure divino non prohibitis Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus, vel alias conjunctis, ut, impedimentis hujusmodi non obstantibus, matrimonium inter se contrahere, & solemnizare, seu in jam etiam scienter contractis matrimoniis hujusmodi remanere valerent in partibus, ubi Ordinarii locorum facile adiri poterant, in foro conscientia tantum perpetuo, & insuper ibidem, infra tamen viginti annos tunc proime futuros, quod ipsi locorum Ordinarii de Presbyterorum eorumdem tanquam adjutorum, & aliorum suorum in locis præfatis, & ubi eorum commode potuisset haberi copia, consilio, & cum illis etiam in judiciali foro, in reliquis autem Provinciis Ordinariorum præsentia destitutis, vel ab eis remotis, quod iidem, Provinciales, & deputati Presbyteri cum eisdem Neophytis etiam in utroque foro auctoritate Apostolica gratis dispensare libere, & licite valerent, plenam, & liberam facultatem sub certis modo, & forma tunc expressis, concesserit, & alias prout in ipsius Pii Prædecessoris nostri literis desuper in simili forma Brevis die XV. Junii MDLXIII. expeditis uberius continetur, & successive alii Romani Pontifices Prædecessores nostri facultatem hujusmodi tam Presbyteris, quam Ordinariis præfatis non perpetuo, sed ad certa limitata tempora, ac novissime, nempe die XI. Junii MDCCL. rec. mem. Clemens PP. XI. Prædecessor etiam noster ad viginti annos tunc proximos per suas respective in eadem forma Brevis literas sub certis modo, & forma in illis expressis inter alia prorogaverit, seu de novo concesserit.

§. 2. Et, sicut pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis ejusdem Societatis Jesu Nobis nuper expositum fuit, prædicti viginti anni, ad quos memorata facultas a Clemente Prædecessore prorogata, seu de novo concessa fuerat, jam dudum exspiraverint, ipseque Procurator Generalis dubitet, ne in procul distitis illis regionibus aliqui, seu aliquis e Missionariis credentes facultatem ejusmodi a Sede Apostolica fuisse renovatam cum Neophytis præfatis in dictis gradibus bona fide dispensaverint, & ea de causa, aliqua sint censura innodati, cupiatque propterea dictus Procurator Generalis nedum eandem facultatem ad aliud Nobis bene visum tempus prorogari, sed etiam Provincialibus illarum partium, & Confessariis ab ipsis delegatis indulgeri, quatenus omnes, & quoscumque, qui dicta facultate, postquam exspiraverat, usi fuerint, in foro conscientia absolvere, ac dispensationes bona fide concessas ratas habere possint. Hinc est, quod nos Populorum illorum ex gentilitatis tenebris, & erroribus ad veri luminis agnitionem, & Christianæ fidei veritatem conversorum, & ab hac Sancta Sede remotissimorum animarum salutem, & spiritualibus necessitatibus pro Pastoralis Officii nostri cura prospectum esse cupientes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana Generalium Inquisitorum adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica deputatorum consilio, tam Provincialibus, & ab eis deputandis Presbyteris, quam locorum Ordinariis præfatis cum dictis Neophytis in quocumque, seu quibusvis, non tamen in primo Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus, vel alias conjunctis, seu se attinentibus, ut matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant, dictis quidem Presbyteris in locis, & Regionibus, ubi Ordinarii non adsunt, vel ultra duas diatas juxta Constitutionem similis mem. Pauli PP. III. etiam Prædecessoris nostri editam existunt, ipsis vero Ordinariis e contra, ubi Presbyteri præfati adsunt, vel eorum commode haberi potest

1734.

tem concessere dispensandi cum Neophytis Indiarum in gradibus affinitatis, vel consanguinitatis a jure divino non prohibitis ad contrahenda Matrimonia.

Clemens XI. hanc eis facultatem protraxit ad viginti annos.

Hoc expirato termino illum prorogavit Clemens ad alios viginti annos.

copia, de eorum tanquam adiutorum, & assessorum suorum consilio, & cum illis; ubi autem non adsunt, nec eorum commode copia haberi potest, etiam sine illis, in utroque foro gratis dispensandi, & eos, qui in gradibus prohibitis huiusmodi etiam scienter contraxerint, ab excessibus, & excommunicationis, aliisque censuris, & poenis Ecclesiasticis in utroque foro gratis pariter absolventi, ac prolem inde susceptam legitimam decernendi; nec non eisdem Presbyteris, & Ordinariis, servatis locorum circumstantiis, & limitationibus huiusmodi cum eisdem Neophytis in primo gradu etiam recte lineae Affinitatis ex copula illicita resultantis se attinentibus, ut matrimonium quoque inter se contrahere, seu in etiam scienter contracto remanere similiter valeant, in occultis tamen, & in foro conscientiae tantum, ac urgentibus iustis causis, gratis etiam dispensandi, & eos, qui in primo Affinitatis gradu huiusmodi etiam scienter contraxerint, ab excessibus, & excommunicationis, aliisque censuris, & poenis Ecclesiasticis in foro conscientiae tantum gratis similiter absolventi, dictisque Ordinariis alios Presbyteros idoneos a se prius approbatos in locis, ubi non adsint Missionarii similem facultatem habentes, quoad praemissa in sui locum subdelegandi licentiam, & facultatem auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & impertimur. Praesentibus ad viginti annos a die illarum datae computandos tantum duraturis, ac uno, eodemque tempore tam quoad Principales, & Presbyteros Societatis Jesu, quam quoad Ordinarios praefatos expiraturis; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Matrimonia cum huiusmodi dispensationibus contracta post expiratum dict. terminum validat.

§. 3. Praeterea eorum, qui matrimonia huiusmodi post expiratam facultatem a Clemente Praedecessore nostro, sicut praemittitur, prorogatum, seu de novo concessam in gradibus huiusmodi forsan contraxerint, dispensationemque respective ad id concesserint, statui, & conscientiarum quieti providere volentes, omnia, & singula matrimonia, quae vigore dispensationis super praedictis gradibus, seu impedimentis per Missionarios, seu etiam Ordinarios illarum partium post expiratam facultatem sic prorogatum quomodolibet concessa, alias tamen rite, & legitime contracta fuerint, auctoritate, & tenore praefatis revalidamus, ac valida, & legitima decernimus in omnibus, & per omnia perinde ac si ab initio, & in eorum radice praevia sufficienti dispensatione contracta fuissent, absque eo quod illi, qui sic contraxerint, matrimonium de novo contrahere, seu novum consensum praestare ullo modo debeant, aut teneantur; dictis vero Provincialibus Societatis Jesu, & Presbyteris ab eis deputandis, nec non Ordinariis locorum illos, qui expirata facultate huiusmodi interim usi fuerint, ut praefertur, a quibuscumque censuris, & poenis Ecclesiasticis, quas propterea quomodolibet incurrerunt, pro hac vice tantum, absolventi dict. auctoritate harum serie facultatem similiter tribuimus, & impertimur.

Huius concessionis executionem committit.

§. 4. Decernentes eandem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantibus derogat.

§. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus

quod sit, quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictae Societatis Jesu subscriptis, & Sigillo Praepositi Generalis ejusdem Societatis, & vel alterius personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Sept. 1734. Pontific. nostri Anno V. F.C. Oliverius.

Transumptis adhiberi fidem mandat.

Dat. die 9. Septemb. 1734. An. V.

Damnatio, & prohibitio Libelli Gallico idiomate editi sub titulo: *Lettre Pastorale de Monseigneur l'Evêque de Montpellier, adressée au Clergé, & aux Fideles de son Diocèse, pour leur notifier un miracle opéré dans son Diocèse par l'intercession de M. François de Paris, & les prémunir contre un Bref de N. S. P. le Pape en date du trois Octobre mil sept cents trente-trois, & deux Ecrits de M. l'Archevêque d'Embrun de la même année. 1734.*, ac quuscumque alterius similis Scripti ab eodem Episcopo Montispefulan. editi, vel quod deinceps edi contigerit.

CXLIII.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. CUM, sicut ad Apostolatus nostri notitiam pervenit, non ita pridem in lucem prodierit quidam Libellus Gallico idiomate editus, cui titulus: *Lettre Pastorale de Monseigneur l'Evêque de Montpellier, adressée au Clergé, & aux Fideles de son Diocèse, pour leur notifier un miracle opéré dans son Diocèse par l'intercession de M. François de Paris, & les prémunir contre un Bref de N. S. P. le Pape en date du trois Octobre mil sept cents trente-trois, & deux Ecrits de M. l'Archevêque d'Embrun de la même année 1734.* Nos relata Nobis Libelli huiusmodi censura, auditisque desuper nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & aliorum in Sacra Theologia Magistrorum Sententiis, pro commissa nobis ab aeterno Pastore gregis sui cura, Dominicis oves, quantum nobis ex alto conceditur, a noxiis praeservare cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, Libellum praedictum, uti continentem propositiones respectue falsas, scandalosos, simplicium seductivas, perniciosas, temerarias, contumeliosas, Authoritati Apostolicae Sedis, & universae Ecclesiae derogantes, impias, Schismaticas, & Haeresi faventes, de Haeresi suspectas, erroneas, & haereticas, sub superius expresso, aliove quovis titulo, ubicumque & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, & versione, hucusque impressum, ac manu descriptum, aut quod abest, imposterum imprimendum, & describendum, auctoritate Apostolica tenore praesentium damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus; Ipsiusque Libelli impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specifica, & in-

Libellum de quo in Rubr. damnat, imprimi, retineri prohibet.

dividua

dividua mentione, & expressione dignis, sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto, & absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam nisi per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, omnino interdicitur.

§. 2. Volentes, & auctoritate præfata mandantes, ut quicumque Libellum prædictum penes se habuerint, illum statim, atque præsentem literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hereticæ pravitatis Inquisitoribus, qui autem eidem Episcopo Montispefulano subsunt, Metropolitanano tradere, atque consignare teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent.

§. 3. Ceterum omne quodcumque aliud simile scriptum, a dicto Episcopo Montispefulano. quovis etiam titulo, & idioma jam editum, vel quod deinceps edi, & vulgari contigerit, auctoritate, ac tenore præfatis damnatus quoque, & reprobamus, illiusque impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum sub pari excommunicationis poena omnino interdici prohibemus: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 4. Ut autem eadem præsentem literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quicquam illarum ignorantiam allegare possit, Volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curie generalis in Monte Citatorio, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui: Sic vero publicatas, omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificata, & intimata fuissent.

§. 5. Ipsarumque literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Octobris 1734. Pontificatus nostri Anno V.

Pro D. Cardinale Cliverio.

P. L. Jacquet.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1734., Indictione duodecima, die vero duodecima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini CLEMENS Divina Providentia Papæ XII. Anno V., supradictæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curie generalis in Monte Citatorio, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Bartolotti Apostolicum Curforem.

Petrus Orighi Magister Carforum.

CXLIV.

Confirmatio duorum Decretorum, seu statutorum a Capitulo Generali Congregationis Clericorum Secularium Doctrinæ Christianæ in Gallia editorum circa vocem Provincialium in Capitulis Generalibus, eorumque præsentibus Capitulis Provincialibus.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Procuratoris hujus Congr. preces.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Hiacyntus de Benoit Presbyter, ac Procurator

Generalis Clericorum Secularium Doctrinæ Christianæ in Gallia, quod in Capitulo generali ejusdem Congregationis hoc anno Parisiis celebrato Cap. II. Constitutionum inibi editarum statutum fuit (reservatis tamen desuper nostris, & Apostolicæ Sedis beneplacito, & approbatione) ut si tempore Capituli generalis dictæ Congregationis munus Præpositi Provincialis alicujus Provincia ipsius Congregationis per obitum, aut alias qualitercumque vacans reperiretur, tunc interesse deberet Capitulo generali præfato tanquam vocalis, & eodem modo, quo ipse Præpositus Provincialis ejusmodi munere in ea Provincia immediate functus fuisset, vel eo deficiente, qui ad præscriptum dictarum Constitutionum eandem Provinciam regeret. & Cap. VII. cautum est, ut si novus Præpositus Provincialis foret de gremio Capituli itidem Provincialis, nec ei præsit Præpositus Generalis, aut ejus Delegatus, idem novus Præpositus Provincialis capitulo Provinciali præsideret, si vere esset in eadem Urbe, vel non ita distans, ut intra unum, vel alterum diem adesse posset, advocaretur, non interrupto Capitulo, & si veniret exciperetur uti vocalis, idque potiori jure locum sibi vindicaret respectu Capituli Generalis quoad Præpositum Generalem hujusmodi si forte aliquem eligi contingeret, qui de gremio ipsius Capituli generalis non fuisset. Quare præfatus Hiacyntus Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsius Hiacynti Procuratoris Generalis votis, ac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, cumque, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter directis inclinati, enarrata duo Decreta, seu statuta Cap. II., & VII. dictarum Constitutionum a Capitulo generali ejusdem Congregationis Doctrinæ Christianæ, sicut præmittitur edita, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenerint supplemus. Decernentes ipsas præsentem literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inconcusse observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstant. præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ Congregationis aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Capituli Generalis Constitutiones, quas confirmari idem postulat.

Eas confirmat Clemens.

Obstantibus derogat.

1734.
Dat. die 17.
Novem.
1734. An. V.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub An-
nulo Piscatoris die 17. Novembris 1734. Ponti-
ficatus nostri Anno V.
F. Card. Oliverius.

olim hac de rediscordes atque inter se diversa fue-
rint sententiæ, itaut quisque suam, utpote sibi
magis gratam, sequeretur; singulis etiam quam-
dam observantiam pro se adducuntibus; unde
factum, ut in hac sententiarum diversitate diversa
etiam, interque se discordantia iudicata prodierint,
ut sane contigit tempore felicis record. Prædecesso-
ris nostri Pii IV. qui in Constitutione sua anni
MDLII. quæ incipit: *Dudum siquidem*, data apud
sanctum Marcum VI. Kalendas Augustas, Pon-
tificatus anno III. sanxit, Decanatum, tanquam
non ferendum Episcopatu Perusino, ad quem Jul-
ius Oradinus Auditor antiquior euectus fuerat,
propterea tunc temporis tribuendum alteri Au-
ditori minus antiquo, magistro, Petro de Ru-
beis. Tempore vero piæ memoriæ decessoris
quoque nostri Behediæ XIII. in causa agitata
inter dilectum filium nostrum Pompejum, nunc
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, Aldrovand-
um nuncupatum, tunc antiquiorem, sed Ar-
chiepiscopum Neocæsariensem, ac bonæ memo-
riæ magistrum Carolum Cerrium, in dicto Au-
ditorio minus antiquo, per Congregationem
particularem, ab eodem Benedicto deputatam,
Decanatus adjudicatus est eidem Pompejo Car-
dinali, utpote Archiepiscopali dignitate fulgenti.
Altera vero dubitationis occasio, nobis proposta,
hæc est. Sanctæ memoriæ decessor noster Pius IV.
in Constitutione, quæ incipit: *In throno Justitiæ*,
data apud sanctum Marcum VI. Kalendas Janua-
rias, pontificatus anno III. sanxit, ne causæ pro-
priæ Auditorum, eorumque familiarium, & con-
sanguineorum, vel affinium usque ad secundum
gradum, juxta jus Canonicum computandum,
cognoscantur in Rota Auditorio; Quam postea
dispositionem piæ memoriæ antecessor noster Pau-
lus V. confirmavit alia sua Constitutione de Re-
formatione tribunalium Urbis in titulo de *Au-
ditoribus Rote*, quæ incipit: *Universi agri*, data
apud Sanctum Petrum Kalendis Martiis, Pon-
tificatus anno VII. Nihilominus, hoc minime ob-
stante, in eodem Rota Auditorio successu tem-
poris multas causas agitari contigit, quamvis essent
de exceptis in jamdictis antecessorum nostrorum
Constitutionibus, idque factum esse reperit
etiam quum sanctæ memoriæ antecessores nostri
Gregorius XV. & Alexander VIII. in minori-
bus constituti, eidem Auditorio adscriberentur:
qui postmodum licet ad supremum gradum Pon-
tificatus euecti, deaque jamdicta inobservantia
optime conscii; nihil tamen contra eam decre-
verunt.

Diversimo-
de super hoc
iudicatum a
Pontificibus.

CXLV.

Quod Decanatus S. Rotæ Auditorii ab Episcopo
etiam Titulari optari non possit: Nec in Rota
cognosci Causæ ipsorum Auditorum, eorum-
que Consanguineorum in primo gradu: Causæ
vero in Rota semel inductæ, avocari ab eadem
nequeant.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam
rei memoriam.

Proœmium.

IN summi pontificatus specula a Christo Do-
mino constituti, ad quæcumque Urbis tribu-
nalia mentis nostræ aciem dirigentes, ea præci-
pue, quæ Auditorum palatii nostri laudem, in-
terque eos unanimem tranquillitatem confovere
possunt, præ oculis speciatim habemus, ut nempe
Auditorium ipsum, cunctis nationibus, huc
pro controversiarum decisione convenientibus,
incorruptæ mentis præconio celebretur, ejusque
iudicia, ut hætenus factum est, ubique terrarum
debito plausu excipiantur.

Causæ hujus
Constitutio-
nis.

§. 1. Itaque nos intimo cordis affectu justi-
tiam eo, quo par est, studio & sedulitate, ac
sine ulla acceptione personarum in causis jamdu-
dum introductis, vel imposterum introducendis
administrari, & nullo modo retardari cupientes,
quod alias piæ memoriæ antecessorum nostrorum
Romanorum Pontificum hac de re editis
Constitutionibus cautum est, omnes longarum
litiū ambages, & controversias, magna, ut
deceat sollicitudine ad debitum finem perducere
volumus; quandoquidem tam spectatæ virtutis Au-
ditorium ab iisdem Pontificibus antecessoribus
nostris, nobisque ipsis ob integritatis, & utrius-
que jurisprudentiæ famam tanti factum fuisse
constat, ut quasi certatim permagnis gratiarum
privilegiis & honoribus illud ornare studuerint:
quibus ipsi Auditores optime instructi, unoque
justi & recti studio præ oculis habito, jus suum
cuique tribuere satagerent: quod hætenus, Dei
gratia opitulante, factum, amplius deinceps fa-
ctum iri speramus; itaut in toto Auditorio vix
quidquam desiderandum superfit.

Nonnullæ
controversiæ
inter ipsos
Auditores
aliquando
intulere.

§. 2. Nihilominus, eodem Auditorio pro sua
vigilantia & probitate, nobis humiliter sugge-
rente, animorum suorum quieti, justitiæque
consultum iri, si una & altera controversiæ for-
mido e medio tolleretur, quæ interdum discor-
dias ferere, ac totius Auditorii animos non sine
gravi causarum ventilandarum incommodo tur-
bare possent. Quorum nos providam circum-
spectionem & boni publici studium laudantes,
eorumque expositiones plurimi facientes, hac
nostra Constitutione eas effectum, per illos opta-
tum, assequi volumus, quæ quidem huc summa-
tim reducuntur, ut imposterum Decanatu Au-
ditorii vacante, atque ad munus ipsum Decani,
Auditoris inter ceteros antiquiore, sed tamen
Episcopali, Archiepiscopali, vel etiam Patriarchali
dignitate, residentiæ oneri adstrictæ, vel etiam
non adstrictæ, sed a titulo tantum denominatæ, in
partibus, ut dicitur, infidelium, qui quidem Audi-
tor antiquior, ejusmodi dignitate præditus, tunc
munus Locumtenentis occupans, in concursu
alterius ex iisdem Auditoribus, minus tamen
antiqui, atque simili dignitate minime fulgentis,
sive etiam qui, uti Decanus actu existens, ad ali-
quam ex memoratis dignitatibus promoveretur,
ideo Decani munus, pro altero sibi immediate
succedenti relinquere deberet; quandoquidem

Dubitatum
olim an Au-
ditor Episco-
pali dignitate
præditus
quamvis Ti-
tulari tan-
tum Deca-
nus esse va-
leret?

§. 3. Quapropter hodierni dilecti filii palatii
nostri Auditores nunc serio cogitantes, & vim
dispositionum, clausularum, & decretorum in
relatis Constitutionibus Apostolicis contentorum,
ac eorundem usus discordes memoria repeten-
tes, sanctæ memoriæ decessori nostro Clementi
XI. supplicationes suas porrexerunt, ut decre-
tum, ab iis hac de re conditum, confirmaret,
quo affirmabatur, in dictis causis tuto procedi
posse, utraque tantum parte consentiente: cui
quidem supplicationi Clemens Pontifex per orga-
num bonæ memoriæ Jo. Dominici S. R. E. Car-
dinalis Paraciani nuncupati, tunc sui Auditoris,
die 30. Septembris anni 1702. ita rescripsit:
Quoad tertium (ubi scilicet de hoc agebatur) *da-
bitur resolutio postquam maturius examinatum fue-
rit dubium. Interim Sanctitas Sua permitti servari
solum.*

Pius IV. san-
xit ne Causæ
Auditorum
eorumque
Consanguini-
neorum, &
Affinium, &
Familiarium
cognoscantur
in Rota:
Hoc idem
cautum a
Paulo V.

Sed successu
temporis
non serva-
tum.

In hoc vero
Auditores
supplicarunt
Clementi
XI. confir-
mare Statu-
tum ab eis,
ut scilicet
procedi pos-
set utraque
parte con-
sentiente.

Sed non re-
solutum du-
bium.

Hinc variæ
inter Audi-
tores opinio-
nes.

Re prius a
nonnullis S.
R. E. Cardi-
dam

1734.
nabibus examiata.

dam religiose incumbenti, nos votis eorumdem dilectorum filiorum obsecundantes; provida cura arceremus, quinque ex venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus rem totam examinandam commisimus, ut his omnibus una cum singulis suis circumstantiis diligenter perpenfis, quid æquius & utilius a nobis statuendum esset ipsi suggererent: quod quidem die 30. mensis Septembris proxime elapsi, mature fecerunt. Siquidem in unum convenientes, peracto diligenti totius negotii examine, quid opportunitioris remedii esset adhibendum, unanimi consilio exposuerunt: quibus grato animo acceptis, ut in Rotæ Auditorio iustitia, & pax se mutuo amplectantur;

Constitutiones ab Auditoribus editas confirmat Clemens.

Episcopus etiam Titularis Decanatum optare non potest.

Pii IV. & Pauli V. restringuntur ad causas ipsos Auditores, eorum consanguineos in primo gradu, eosque, qui illorum studii inserviant tangentes: in aliis Causis in ad. Constitutionibus expressis Auditor ab Aula exire debet. Causæ in Rota introductæ ex ea advocari non possunt. Hanc Constitutionem infringari, aut ullo notari vitio non posse statuit.

§. 6. Nos motu proprio, ex certa scientia, ac deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnia, & singula tam super ejus Decanatu, quam super quibuscumque aliis in eodem Auditorio huc usque introductis, & discussis, ab eo iudicata, itaut eorum nullitas ab infra scriptis non ad aliquod præteritorum præjudicium, sed ad exactiorem futurorum regulam, desumi possit, firma & stabilia remanere decernimus. Deinceps vero & perpetuis futuris temporibus, Episcopum, Archiepiscopum, & Patriarcham, etiam titulares, Decanatum optare non posse statuimus; sique Decanum ad aliquam ex his dignitatibus etiam titularem promoveri contigerit, non obstante etiam retentione loci Auditoris expressa in provisione Ecclesiæ, Decanatum ipsam vacare volumus. Dicitas vero Pii IV. & Pauli V. Prædecessorum nostrorum Constitutiones restringendas esse ad causas proprias Auditorum Rotæ, & consanguineorum in primo gradu tantum, necnon ad eos, qui Auditorum studiis inserviant. Ubi vero agitur de aliis, quæ juxta dicitas Constitutiones in Rotæ Auditorio cognosci non poterant, eas in eodem Auditorio cognosci posse, sed Auditori, dum cognoscuntur, ab aula exeundum. Quo vero ad causas introductas, & introducendas, eas post consensum partium, etiam in casibus, in quibus disponitur in Rota non cognosci, ex eadem Rota advocari minime posse.

§. 7. Præsentibus quoque literas nostras cum omnibus, & singulis in eis contentis, etiam ex eo, quod ad id interesse habentes, vocati & auditi non fuerint, vel ex eo quod illa, nulla subsistente causa, vel etiam de facto processisse dici possent, seu etiam processerint, aut ex alia quavis juridica, & legitima, etiam necessario exprimentia causa, vel quocunque prætextu, de nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, & ad terminos juris reduci, aut in jus, vel controversiam revocari, seu adversus illas quocunque juris, facti, vel gratiæ remedium, aut oris aperationem impetrari, vel etiam motu, & potestatis plenitudine similibus concedi, vel sub quibusvis Constitutionibus, ac nostræ, & Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, ac Literis Apostolicis in contrarium, etiam motu pari, & consistorialiter emanatis, aut quibusvis aliis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus aut aliis contrariis dispositionibus, comprehendi nullo unquam tempore posse, sed semper ab illis excipi: & quoties illa emanaverint, toties in pristinum, & eum, in quo ante præmissa erant, validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacunque posteriori data, per nunc & pro tempore existentes Auditorii prædicti, seu Rotæ Auditores, quodcumque eligenda concessas, validasque, & efficaces fore & esse; sicque & non alias per quoscumque Judices etiam Auditorii jam dicti Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, & quancumque earundem Congregationem Apostolica auctoritate super his

quodcumque deputandam, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, definiendi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, defini & interpretari debere: ac ex nunc irritum quoque, & inane quidquid fecus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate perpetuo decernimus, statuimus, & declaramus.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, Cancellariæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, ac secundo dicta Pii, ac prædicta Pauli Prædecessorum dictorum, aliisque super Decanatu, ac causis prædictis contra præmissa quomodolibet disponentibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictisque Auditorii quatenus opus sit, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam motu simili & consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, ac in futurum concedendis, approbandis & innovandis: quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, eidem præsentibus pro expressis, perinde ac si in eis de verbo ad verbum inserti forent, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat motu & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum &c.
Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1734. quindodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno V.
A. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

V I S A

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.
Loco ✱ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Bredium.

Jubileum Universale ad implorandam Divinam opem pro pace inter Principes Christianos, & aliis Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus.

CLEMENS PP. XII

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ecclesiæ Militantis Regimini, nullo licet mediatorum nostrorum suffragio, divina providentia præsidentes, acerbissimo sane, ac pene inexplicabili paterni cordis nostri mœrore angimur, dum mentis nostræ aciem longe, lateque circumferentes attente contemplamur quantis Christiana Respublica, luctuosis hisce temporibus, fere undique jactetur calamitarum fluctibus, & procellis, cumque potissimum intuemur dirum, atroxque bellum inter Principes Catholicos non ita pridem exortum, ac vehementius in dies recrudescens florentissimas Orbis Christiani Provincias, ac potentissima olim Regna cadibus, ruinis, excidiis, & vastationibus complere, ac misere depascere: Et quamvis de Dominici gregis Salute, ac publica tranquillitate solliciti, nihî eorum, quæ Officii nostri ratio a Nobis postulat, humanaque monet prudentia, præmittamus, ut tot, tantisque malis, & ærumnis remedium quæramus, ac præsertim quidquid in Nobis est virium, consilii in id conferre non cœsemus, quo eorumdem Catholicorum Principum

Obstantibus derogat.

Clausula.
Dat. die 17.
Nov. 1734.
An. V.

CXLVI.

Exordium.

animi sublatis gliscentibus diffidiis ad mutuam concordiam revocentur, ac in pristina charitatis compagem restituantur; quia tamen vani sunt hominum conatus, nisi gratiæ cœlestis ope adjuventur, manus, & oculos cum lacrymis, & gemitu ad eum assidue attollimus, qui altissimum posuit refugium suum, quique concludit ostiis Mare, & ei dicit, Usque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos, ut ipse pro sua clementia, in qua præcipue confidimus, motas sedet, ac imminentes repelat tempestates, scientisque belli, & alia Divinæ suæ ultionis flagella a Christifidelibus procul avertat.

Christifideles hortatur ad opem divinam implorandam.

§. 1. Quamobrem vos omnes, quibus curam, & sollicitudinem nostram impendimus, ad id ipsum conjunctis nobiscum precibus a Deo totius consolationis humiliter efflagitandum excitandos duximus. Fugientes igitur a facie arcus adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ scissis per veram poenitentiam cordibus nostris, cœlestem iram, quam iniquitates nostræ provocaverunt, obsecrationibus, jejuniis, elemosynis, aliisque piis operibus placare studeamus, ut qui castigat nos propter scelera nostræ, salvet nos propter misericordiam suam, & quam mundus dare non potest, populo suo supplicanti pacem benigne largiatur.

Pia opera hic statuta facientibus Indulgentias elargitur.

§. 2. Hæ autem, ut ferventiori spiritus ardore, uberiorique fructu fiant, ex prisco Romanæ Ecclesiæ omnium Matris, & magistræ more, Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ commisit divina dignatio, aperire, & larga manu erogare decrevimus. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consisti, illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus contulit, universis, & singulis utriusque Sexus Christifidelibus in Alma Urbe nostra degentibus, qui Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris de eadem Urbe Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra decursum proximæ, quæ erit secunda Adventus, vel immediate subsequenti hebdomadæ usque ad Dominicam sequentem inclusivè, saltem semel devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces, ut supra, effuderint, ac Quarta, & Sexta Feriis, & Sabbatho alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint; ceteris vero extra Urbem prædictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis Locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsi deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum noticiam hæ nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio duarum similiter hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decursuram saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, ac quarta, & sexta Feriis, ac Sabbatho alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Navigantibus Regulari.

§. 3. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum

primum ad sua sese domicilia receperint, superscriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam Laicis, quam Ecclesiasticis secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis a locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

1734. bus, Infirmitateque modum hujusmodi affluendi Indulgentias præscribit.

§. 4. Insuper omnibus, & singulis Christifidelibus utriusque sexus tam Laicis, quam Ecclesiasticis secularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe præfata, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam secularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflatis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiarum, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cui-libet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Amplas Confessariis concedit facultates.

§. 5. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Præfatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, non tamen qui per dictos Prædecessores a S. R. E. communionem quomodolibet separati fuerint, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

Ab Ordinariis locorum hujusmodi Indulgentias publicari præcipit.

§. 6. Non intendimus autem per præsentem super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiarum, neque pariter easdem præsentem iis, qui etiam eorum nomine speciatim non expresse a communionem S. R. E., ut præfertur, segregati, seu a Nobis, & Apostolica Sede, ut ab aliquo Præfato, vel Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in Sententias, & Censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus

A supradictis facultatibus irregularitatem excipit.

concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Obstantium derogatio.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præmissorum derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 8. Ut autem præsentibus nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dar. die 3. Decemb. 1734. An. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Decembris 1734. Pont. nostri Anno V.

F. Card. Oliverius.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo trigesimo quarto, Indictione duodecima, die vero quarta Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XII. anno quinto, supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum Lateranensis, Vaticanæ, & Liberianæ, Cancellariæ Apostolicæ, Montis Cimatorii, Aciei Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Righi Apostolicum Cursorem. Franc. Bartolottus Magister Curforum.

CXLVII.

Summarium Indulgentiarum, quæ conceduntur Fratribus, & Sororibus Ord. Servorum B. M. V., & Confratribus septem Dolorum, Ordinis Ecclesiæ statutis anni diebus visitantibus, vel etiam Coronam septem Dolorum nuncupatam recitantibus, adimplendo insuper nonnulla pia opera, quæ in hac Constitutione præscribuntur.

CLII. MENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

UNigeniti Filii Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, qui pro reconcilianda auctori suo humana natura de Cælis ad Mundi hujus infima descendere, nostræque mortalitatis carnem sumere, & tandem errata nostra ineffabili dignatus est charitate diluere, vices, licet immeriti gerentes in Terris; gregem Dominicum curæ no-

stræ commissum ad viam salutis æternæ perducere satagentes, Religiosos Virorum, & Sanctimonialium Familias, aliosque utriusque sexus Christianifideles, quorum merita pro demeritis penitus sunt imparia ad pia, & meritoria opera exercenda, propositis spiritualibus Indulgentiarum muneribus, ita excitamus, ut per ea felicitatis æternæ præmia facilius consequi mereantur.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Ordo Fratrum Servorum B. M. V. nuncupatorum a suis primordiis ad hæc usque tempora Catholicæ Ecclesiæ admodum utilis, & fructuosus extiterit, & dilecti Filii ejusdem Ordinis Fratres quamplurima Christianæ pietatis, & charitatis opera sedulo exercuerint, & præsertim in æterna Christianifidelium salute procuranda assiduos labores alacriter susceperint, ac dilectus Filius noster Petrus Maria tituli S. Joannis ante Portam Latinam nuncupati S. R. E. Presbyter Cardinalis Pieri nuncupatus, qui Ordinem ipsum expresse professus Prioris generalis, & nonnulla alia dicti Ordinis munera, & officia laudabiliter sustinuit, dudum, suas preces pro quibusdam Indulgentiarum, & peccatorum remissionibus, ac penitentiarum relaxationibus, aliisque gratis spiritualibus favore dictorum Fratrum, & Ecclesiarum ab eis administratarum, nec non super recitatione infra scriptæ Coronæ, quæ septem Dolorum nuncupatur, ac alias ab Apostolica Sede reportandis nobis humiliter porrexerit, & nos ad præmissorum effectum particularem videlicet dilectorum etiam Filiorum nostrorum Antonii Xaverii de Gentilibus Pro-Datarii nostri, & Joannis Antonii Guadagni nostri in Urbe, ejusque districtu Vicarii in spiritualibus generalis, ac Marcelli Passeri respective nuncupatorum nostri Pro-Auditoris respective Presbyterorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Congregationem, assignato illi in Secretarium Ven. Fratre nostro Carolo Alberto Cavalchini moderno Archiepiscopo Philippensi Apostolica Auctoritate deputaverimus; Eidemque Congregationi sic a nobis, ut præfertur, deputatæ opportunas ad id facultates concesserimus: Deinde vero sub die 31. Mensis Maii proxime præteriti Antonius Xaverius, & Joannes Antonius, ac Marcellus Cardinales præfati insimul Congregati, & re mature discussa infra scriptas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac penitentiarum relaxationes, aliasque gratias per nos, ut infra concedendas censuerint; Postmodum vero dictus Carolus Albertus Archiepiscopus relationem dictæ Congregationis, & eorum, quæ in illa ab Antonio Xaverio, ac Joanne Antonio, & Marcello Cardinalibus præfatis pertractata, quæque a nobis concedi posse eis visa fuerunt sub die 11. Mensis Augusti etiam proxime præteriti nobis fecerit.

Ordinis Servorum B. V. laudes enarrat.

Clemens Congregationem Particularem super instantiis ab eodem Ordine porrectis deputat.

§. 2. Nos, qui erga dictum Ordinem peculiarem devotionis affectum semper gessimus, ejusdem Ordinis Protectoris munus olim a bo. me. Nereo dum viveret ejusdem S. R. E. Cardinale Corfini nuncupato patruo nostro obtentum dum Cardinalatus honore fugebamur per plures annos egimus, & ad Summi Apostolatus apicem divina favente clementia assumpti, quoad vivemus, retinendum duximus, quique quando Deo placuerit, vita functi fuerimus ad illud obendum dilectum etiam Filium nostrum Nereum dictæ S. R. E. Diaconum Cardinalem etiam Corfini nuncupatum nostrum, secundum carnem ex fratre germano Nepotem per literas Apostolicas in forma Brevis sub Annulo Piscatoris desuper expeditas Apostolica auctoritate præfata deputavimus; Petrum Mariam Cardinalem, ac Fratres Ordinis huiusmodi, aliosque Christianifideles Ecclesiæ dicti Ordinis frequentantes, Christianæque pietatis opera penes eosdem Fratres, aut alias exercentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac omnes, & quascumque In-

De ejusdem Congregationis consilio Indulgentias alias Ordini concessas, ejusque Ecclesiis visitantibus, ac præcipue Confratribus Septem Dolorum;

dulgentias;

Indulgentias, peccatorum remissiones, & penitentiarum relaxationes per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros Fratribus præfatis, & Monialibus dicti Ordinis ac utriusque sexus Christifidelium Confraternitatibus septem Dolorum ejusdem Beatæ Mariæ Virginis nuncupatis auctoritate pro tempore existentis Prioris generalis dicti Ordinis, ac vigore facultatis ei ab Apostolica Sede impartitæ Canonice erectis, eardemque Confraternitatum Confratribus, nec non aliis Christifidelibus Christiana pietatis opera hujusmodi pænes illos exercentibus hæcenus concessas, & præsertim Indulgentiam plenariam Confratribus hujusmodi processioni septem Dolorum nuncupatæ, quolibet mense fieri solite interessentibus per fe. re. Paulum Papam V. Prædecessorem nostrum per suas binas, quasdam videlicet sub datum Romæ die 10. Mensis Martii Anni Domini 1611. alteras vero sub datum Tusculi die 7. Mensis Junii ejusdem anni 1611. in forma Brevis sub annulo Piscatoris desuper expeditas literas Apostolicas concessas, & successive per piæ mem. Innocentium PP. XI. similiter Prædecessorem nostrum per alias suas etiam in forma Brevis sub annulo Piscatoris desuper sub datum Romæ die 24. Mensis Octobris Anni ejusdem Domini 1682. etiam expeditas literas Apostolicas confirmatas, quas omnes, dummodo illæ præsentibus non repugnent, salvas, & illæsas esse intendimus, illorumque ac aliarum infrascriptarum literarum Apostolicarum re. me. Benedicti XIII. etiam Prædecessoris nostri, nec non infrascripti Summarii tenores etiam veriores, ac datas præsentibus pro expressis habentes motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, & ex voto Congregationis particularis hujusmodi. Omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus saltem contritis illis videlicet, qui præfatas Ecclesias dicti Ordinis quocumque anni die devote visitaverint, inibique saltem Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pro Christifidelibus tam viventibus, quam in Christi charitate Defunctis per modum Suffragii semel recitaverint quinquaginta dies. Iis vero, qui horis Canonicis in Ecclesiis Ordinis hujusmodi decantandis, seu recitandis, & qui Antiphonæ -- *Salve Regina* -- inibi pariter singulis anni diebus decantari, seu recitari solitæ respective devote interfuerint, & pro Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, hæreticorum, & infidelium conversione, ac inter Christianos Principes concilianda, & fovenda pace, concordia, & unione, ac pro tempore existentis Romani Pontificis salute, piæ ad Deum preces effuderint, ac qui Ecclesias Ordinis hujusmodi in earum dedicationem respective diebus a primis Vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi, nec non vere pœnitentes, & confessi, singulis Sabbathi diebus respective etiam devote visitaverint, inibique, ut supra oraverint, quoties id egerint respective centum dies, & eisdem utriusque sexus Christifidelibus, etiam vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui a Dominica Septuagesimæ usque ad Dominicam Palmarum inclusive semel in unoquoque die septies Orationem Dominicam, ac toties Salutationem Angelicam præfatas recitantes, ac Feria quarta Majoris Hebdomadæ, Feria quinta in Cœna Domini, & Feria sexta in Parasceve cum elemosynæ impartitione; & singulis tertiis cujuslibet mensis feriis, exceptis tamen illis, quæ præfato tempore intra Septuagesimæ, & Palmarum Dominicis hujusmodi includæ, ac septies eisdem Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, sive Vesperas Defunctorum recitando omnibus Domini nostri Jesu Christi, una tantum, ac septem ejusdem Beatæ Mariæ Virginis duabus tantum infrascriptis, & per infrascriptos

Superiores Regulares eligendis respective exceptis respective festivitibus, & per octo dies festivitatem ejusdem B. M. V. septem Dolorum nuncupatæ, tertia Dominica Mensis Septembris celebrari solitam, etiam illa ad aliam diem canonice transferri contingat sequentes, ac singulis Sancti Josephi, Sancti Augustini, & omnium Sanctorum ejusdem Ordinis, & cum elemosynæ hujusmodi impartitione, Inventionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis respective festivitibus etiam aliqua illarum canonice, ut præferatur, transferatur, respective a primis Vesperis usque ad occasum solis dierum, in quibus omnes, & singulæ festivitates hujusmodi celebrabuntur, & quoad Inventionis, & Exaltationis hujusmodi festivitates præfatas, etiam per octo dies illas respective sequentes singulis annis eisdem Ecclesiis d. Ordinis respective etiam, devote visitaverint, inibique etiam pro S. Matris Ecclesiæ exaltatione, Hæresum extirpatione, ac alias, ut præferatur, piæ ad Deum preces effuderint, respective septem annos, & totidem Quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta misericorditer in Domino perpetuo relaxamus. Item eisdem utriusque sexus Christifidelibus, etiam vere pœnitentibus, & confessis, ac præfata Sacra Communionem refectis, qui Orationi quadraginta horarum continuarum, non autem interpolatarum de locorum ordinariorum licentia in qualibet ex dictis Ecclesiis præfati Ordinis semel in anno tantum instituendæ per aliquod temporis spatium devote interfuerint, & ut præferatur, piæ ad Deum preces effuderint, ac in una ex solemnitatibus ejusdem Domini nostri Jesu Christi, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam septies, sive Vesperas Defunctorum recitando, & in duabus respective a Superioribus localibus dicti Ordinis eligendis (quæ tamen cum electæ fuerint, amplius variari non possint) ex septem ejusdem B. M. V. respective festivitibus, ac in illius septem Dolorum, ut præferatur, nuncupata, & Dominica tertia Mensis Septembris, ut præferatur, celebrari solita festivitæ, etiam illa in aliam diem, ut præferatur, canonice transferri contingat, respective etiam a primis Vesperis usque ad occasum solis singularum quatuor ultimo dictarum festivitatum eisdem Ecclesiis dicti Ordinis etiam annis singulis devote visitaverint, inibique pro dictæ Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione, ac alias, ut præferatur, respective piæ ad Deum preces effuderint, & quoad ultimo dictam festivitatem apud Altare, seu Cappellam septem Dolorum ejusdem B. M. V. nuncupatæ, etiam devote oraverint, quoties id in unaquoque ex quatuor posterioribus festivitibus hujusmodi egerint, nec non præfatis utriusque sexus Christifidelibus, etiam vere pœnitentibus, & confessis, ac dicta Sacra Communionem, si id commode fieri poterit, refectis, vel saltem contritis, qui antequam ex hac vita migraverint, etiam in eorum mortis articulo, in interioris pœnitentiæ signum habitum per Fratres quoad Viros & quoad Mulieres per Tertiarias dicti Ordinis respective gestari solitum, deferendum, etiam post illorum obitum humiliter petierint, respective plenariam omnium, & singularum suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem Apostolica auctoritate præfata, etiam perpetuo concedimus, & impartimur, & eisdem Fratribus, & Monialibus dicti Ordinis expresse professis, etiam vere pœnitentibus, & confessis, ac dicta sacra Communionem refectis, præfatas Ecclesias ejusdem Ordinis in Nativitatis, Præsentationis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, & Assumptionis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis respective festivitibus a primis Vesperis usque ad occasum solis singularum sex festivitatum hujusmodi singulis annis devote, & quoad Moniales præfatas intra Claustra eorum respective Monasteriorum annis singulis visitantibus, inibique pro Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione, ac alias,

Vel Festo festem Dolorum:

Aliorumque Sanctorum hic expressorum.

Vel in Oratione Quadragina Horarum.

Aliaque opera adimplendo:

Habitum gestantibus per eosdem Fratres deferri solitum.

Confratribus eisdem Ecclesiis statutis hic diebus visitantibus.

Monialibus quoque Ordinis.

Novas concessit Indulgentias.

Eisdem Ecclesiis visitantibus, ibique orantibus:

In iis horis Canonicis assistentibus, & recitationis *Salve Regina* præsentibus.

Eisdem Ecclesiis visitantibus in die Dedicationis illarum, vel quolibet anni Sabbatho.

Vel in diebus Quadagesimæ.

Aut singulis tertiis feriis inibi orantibus Sacramento Eucharistiæ suscepto;

ut præfertur, pias ad Deum preces effundentibus, infirmitatis tamen, aut gravis senii causa hoc facere impeditis existentibus, aliquod aliud ad arbitrium Superioris localis Regularis pium opus peragentibus, singulis sex festivitatis hujusmodi respectivè plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem per eos ad illorum arbitrium pro Fratrum, & Monialium dicti Ordinis, illorumque, & illarum consanguineorum, & insignium Benefactorum respectivè animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicabilem, eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, & impartimur: eisdemque Fratribus, & Monialibus, ut supra pœnitentibus, & confessis, ac eadem Sancta Communione etiam refectis, de ejusdem Superioris licentia omnibus, & singulis Vigiliiis Festivitatum ejusdem B. M. V. in pane, & aqua, aut hoc facere nequeuntibus in pane, & vino, & seu etiam id nequeuntibus; uno tantum ferculo per communitatem apposito ad arbitrium ejusdem Superioris, addito, jejnantibus, & per dimidium horæ, de eadem B. Mariæ Virginis devote meditandis, quoties id egerint, septem annos, & totidem Quadragenas de injunctis eis, aut alias, ut præfertur, debitis pœnitentis etiam pro Fratrum, & Monialium, eorumque consanguineorum; & insignium Benefactorum hujusmodi animabus præfatis, quæ, ut præfertur, Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, applicabiles similiter in forma Ecclesiæ consueta pariter perpetuo relaxamus.

§. 3. Ac insuper, ut Christianus Populus ad Dei cultum sub ejusdem B. Mariæ Virginis auspiciis, ferventius accendatur, quascumque Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, Coronam, quæ in septem principalium Dolorum, quos eadem B. M. Virgo in Unigeniti Filii sui vita, & obitu passa fuit, recordationem ex septem septennariis Angelicarum Salutationum, septemque Dominicis Orationibus, nec non tribus aliis Salutationibus Angelicis in honorem lacrimarum ejusdem B. Mariæ Virginis cum peculiari dolorum hujusmodi explanatione, & meditatione composita existit, pie recitantibus ab eodem Benedicto Prædecesore per suas literas Apostolicas etiam in forma Brevis sub die 26. mensis Septembris Pontificatus sui anno primo expeditas, & incipientes -- *Redemptionis Domini* -- concessas, & impartitas, & in earum Summario typis impresso contentas, illis tamen exceptis, quæ in §. V. ejusdem Summarii continentur, quæque tantummodo per nos revocatz, & abrogatz censeantur, dicta Apostolica auctoritate similiter perpetuo confirmantes, & approbantes. Omnibus utriusque sexus Christianis, qui etiam vere pœnitentes, & confessi, seu firmum confitendi propositum habentes, præfatam Coronam, ab aliquo ex Fratribus dicti Ordinis mediate, vel immediate receptas pie & devote recitaverint, quoties id egerint, centum annos, illis vero, qui Coronam præfatam, ut præfertur, receptam secum ferentes, illam singulis secundis, quartis, & sextis feriis, ac de præcepto Ecclesiæ festis diebus etiam devote recitaverint, & subinde etiam vere pœnituerint, & confessi fuerint, centum quinquaginta annos; & eisdem Christianis, qui conscientie suæ examine rite peracto, etiam vere pœnitentes, & confessi, præfatam Coronam, etiam devote recitaverint, & pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, Hæresum extirpatione, ac Catholice Religionis augmento pias ad Deum preces effuderint ducentos Annos, eisdemque Christianis pariter vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione præfata etiam refectis, ac Coronam præfatam frequenter recitare, secumque deferre solitis, quoties ipsi Sacrosanctæ Missæ Sacrificio, aut Sacris Concionibus, debita cum at-

entione interfuerint, aut ipsum SS. Eucharistiæ Sacramentum, dum ad aliquem infirmum deferretur, affociaverint, sive devium aliquem ab hæretica pravitate, aut blasphemia, seu detractionis culpa, aut alias ad viam salutis reducerint, sive pacem cum inimicis propriis, vel alienis composuerint, aut septies Orationem Dominicam, & totidem Salutationes Angelicas præfatas devote recitantes, aliquod aliud Spirituales, vel Corporales Misericordiarum opus in eorundem Domini Nostri Jesu Christi, & B. Mariæ Virginis, sive alterius Sancti eorum Patroni honorem egerint, decem annos respectivè de injunctis eis, aut alias, ut præfertur, debitis pœnitentis etiam in forma Ecclesiæ consueta similiter misericorditer in Domino relaxamus, nec non eisdem utriusque sexus Christianis, qui quater in qualibet hebdomada memoratam Coronam recitare soliti fuerint, die per unumquemque ex eis eligenda vere pœnitentes, & confessi præfatum SS. Eucharistiæ Sacramentum sumperint, & ipsam Coronam devote recitaverint, semel in anno; Ac præfatis utriusque Sexus Christianis, qui per integrum mensem præfatam Coronam quotidie recitaverint, & deinde vere pœnitentes, & confessi dictaque Communione refecti pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, Christianorum Principum pace, & concordia, ac Hæresum extirpatione pias ad Deum preces effuderint, & quoad Fratres, & Moniales, si ipsi integram Coronam præfatam recitare nequeunt in casu tamen verè impotentie tantum, aliquem hymnum ejusdem B. M. V. recitaverint, respectivè plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem etiam perpetuo concedimus, & impartimur.

§. 4. Præterea quia a nonnullis dubitatum fuit, an Fratres, & Moniales præfati de Indulgentiis, Peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus præfatis Confratribus, ut præfertur concessis hujusmodi participant. Nos omnem, & quantumque ambiguitatem quavis occasione, vel causa, aut alias quomodolibet insurgentem de medio tollere volentes, Fratres, & Moniales hujusmodi de omnibus, & singulis Indulgentiis, Peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus eisdem Confratribus per quoscumque Romanos Pontifices, etiam Prædecesores nostros hæcenus quomodolibet concessis, & impostero concedendis (dummodo tamen per eosdem Fratres, & Moniales opera dictis Confratribus injuncta adimplentur) vere participare, illasque valide lucrari posse motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, dicta Apostolica auctoritate etiam perpetuo volumus, & declaramus.

§. 5. Demum, quod præfata Indulgentia animabus Christianis, quæ similiter Deo in Charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum Suffragii applicari possint. Item de Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consisti, quod quotiescumque quilibet Presbyter Regularis dicti Ordinis Missam Defunctorum juxta dicti Ordinis statuta pro animabus Fratrum, & Monialium ejusdem Ordinis, quæ similiter Deo in Charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, in eorum Ecclesiis dumtaxat celebraverint, animæ ipsæ de Thesuro Ecclesiæ per modum Suffragii Indulgentiam consequantur, itaut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis eis suffragantibus, a Purgatorii pœnis liberentur, Apostolica auctoritate præfata etiam perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 6. Præfentes quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, aut nullitatis vicio, vel intentionis nostræ, seu alio quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, vel annullari posse, sed illas semper & perpetuo validas, & efficaces fore, & esse, suorumque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, & omnibus,

Indulgentiæ
recitantibus
Coronam se-
ptem Dolorum
appellatam.

Indulgentiæ
Confratribus
septem Dolorum
concessæ
ad Fratres, &
Sorores Or-
dinis præfati
extendantur.

Fratribus
pro anima-
bus Defun-
ctorum cele-
brantibus cæ-
a Purgatorio
liberantur.

Hæc lite-
ras perpetuo
valituras de-
clarat.

ad quos nunc spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque, & non alias per quoscumque Judices Ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dicti Ordinis pro tempore existentem Protectorem, ac alios quoscumque ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictaque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & iudicari, defini, & interpretari debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Derogat obstantibus.

§. 7. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellaria Apostolica Regula de Indulgentiis concedendis ad instar, aliisque etiam in synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis etiam in genere, vel in specie in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua ex qua sit forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus latissime, & plenissime, ac specialiter motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Coronas vendi prohibet sub pena cessationis Indulgentiarum.

Transumptis harum literarum credi jubet.

§. 8. Volumus autem, quod praefata Corona nemini possint vendi, nec commodari, & si secus fiat, Indulgentia pro illarum recitatione, ut praefertur concessa, & impartita cessent, nulliusque sint roboris, vel momenti, quodque earundem praesentium transumptis, etiam typis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur si illae exhibitae forent, vel ostensa.

Firmitas concessionum.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae relationis, concessionis, impartitionis, confirmationis, approbationis, declarationis, Indulti, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere &c.

Dat. die 9. Decem. 1734. An. V.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Septingentesimo trigesimo quarto, quinto Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno V.

CXLVIII.

Superiores Regulares, etiam locales Ordinis Servorum B. M. V. facultate gaudent Ecclesiastica Indumenta ad hujus Ordinis Ecclesias pertinentia benedicendi, dummodo in benedictione hujusmodi Sacri Olei unctio non adhibeatur.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

Superna dispositione, cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa, in Apostolica S. collocati de Religiosis viris, qui sub peculiaribus Institutu Deo ferventius famulantur, praecipuam gerimus curam, illosque privi-

legiis augere, ac favoribus prosequi satagimus opportunis.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Ordo dilectorum filiorum Fratrum Servorum B. Mariae Virginis nuncupatorum a suis primordiis ad haec usque tempora Catholicae Ecclesiae admodum utilis, & fructuosus extiterit, ac dilectus filius noster Petrus Maria tituli S. Joannis ante Portam Latinam nuncupati S. R. E. Presbyter Cardinalis Pieri nuncupatus, qui Ordinem ipsum expresse professus Prioris Generalis, & nonnulla alia dicti Ordinis munera atque Officia laudabiliter sustinuit, dum suas preces pro quibusdam gratis spiritualibus favore dictorum Fratrum, & Ecclesiarum ab eis administratarum ab Apostolica Sede reportandis nobis humiliter porrexerit. Et nos ad praemissorum effectum particularem videlicet dilectorum etiam filiorum nostrorum Antonii Xaverii de Gentilibus Pro-Datarii nostri, & Joannis Antonii Guadagni nostri in Urbe, ejusque Districti Vicarii in spiritualibus generalis, ac Marcelli Piferi respective nuncupatorum nostri Pro-Auditoris respective Presbyterorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Congregationem, assignato illi in Secretarium, V. F. N. Carolo Alberto Cavalchini moderno Archiepiscopo Philippensi Apostolica auctoritate deputaverimus, eidemque Congregationi sic a nobis, ut praefertur, deputatae opportunas ad id facultates concesserimus. Deinde vero sub die 31. mensis Maii proxime praeteriti Antonius Xaverius, & Joannes Antonius, ac Marcellus Cardinales praefati insimul congregati, & re mature discussa inter alia infrascriptum Indultum per Nos concedendum censuerunt; postmodum vero dictus Carolus Albertus Archiepiscopus relationem dictae Congregationis, & eorum, quae in illa ab Antonio Xaverio, & Joanne Antonio, ac Marcello Cardinalibus praefatis pertractata, quaeque a nobis concedi posse eis visa fuerunt sub die 11. mensis Augusti etiam proxime praeteriti nobis fecerit.

Ad preces Cardin. Pierii Instituta Cardinalium Congregatio ad examinandum quas gratias spirituales huic Ordini concedi conveniret.

§. 2. Nos, qui erga dictum Ordinem peculiarem devotionis affectum semper gessimus, ejusdemque Ordinis Protectoris munus olim a bo. me. Nereo dum viveret ejusdem S. R. E. Cardinalis Corsini nuncupato Patruo nostro obtentum, dum Cardinalatus honore fungebamur per plures annos egimus, & ad Summi Apostolatus apicem divina favente clementia assumpti, quoad vivemus, recinendum duximus, quique quando Deo placuerit, vita functi fuerimus, ad illud obeundum dilectum etiam filium nostrum Nereum dictae S. R. E. Diaconum Cardinalem etiam Corsini nuncupatum nostrum secundum carnem ex fratre germano nepotem per literas Apostolicas in forma Brevis sub annulo Piscatoris desuper expeditas Apostolica auctoritate deputavimus; Petrum Mariam Cardinalem ac Fratres Ordinis hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris; deque Apostolica potestatis plenitudine, & ex voto Congregationis particularis hujusmodi, quod omnes, & singuli Superiores regulares, etiam locales, dicti Ordinis indumenta, & paramenta Ecclesiastica ad dicti Ordinis Ecclesias tantum spectantia, dummodo in eis Sacri Olei unctio non adhibeatur, rite benedicere libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

De hujusmodi Congregationis consilio Superioribus localibus hujus Ordinis facultatem tribuit benedicendi sacros Apparatus.

§. 3. Praesentes quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, vel alio quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, vel annullari posse, sed illas semper, perpetuo validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & omnibus, ad quos nunc spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, in omnibus, & per

Firmitas concessionis.

omni

omnia plenissime suffragari: Sicque, & non alias per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dicti Ordinis pro tempore existentem Protectorem, ac alios quoscumque ejusdem S. R. E. Cardinales de latere Legatos, Vice-Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, diffiniri, & interpretari debere, & si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Obstantium derogatio.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis personis etiam in genere, vel in specie in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio faciendæ, & habendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium, & singulorum tenores, eisdem præsentibus, etiam pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem earundem præsentium transumptis, etiam typis impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si illæ exhibitæ forent, vel ostensæ.

Clausula præservativa. Dat. die 9. Decem. 1734. An. V.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigésimo quarto, quinto Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno V.

CXLIX.

Facultas PP. Capuccinis Gallis Missionariis Apostolicis in partibus Infidelium degentibus exercendi artes Medicinæ, & Chirurgiæ.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatum PP. pro dispensatione ab observantia Regulæ quoad hoc capit.

§. 1. CUM, sicut dilectus filius Cherubinus de Noves Frater expresse professus Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, ac Missionum exterarum eorumdem Capuccinorum Gallorum in partibus Infidelium degens in Romana Curia Procurator nobis nuper exponi fecit, præfati Missionarii Galli in eisdem partibus elaborantes Medicinæ, & Chirurgiæ artibus tum Catholicorum, & quos in fide consolidant, tum Infidelium, quos non raro ad veritatis cognitionem adducunt, benevolentiam sibi conciliant; Id vero per Constitutiones Ordinis prædicti Cap. V. auctoritate Apostolica confirmatas omnibus expresse prohibeatur, ne artes hujusmodi extra ordinem exercent. Nobis propterea dictus Cherubinus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Concessio, de qua in Rubrica.

§. 2. Nos igitur ipsius Cherubini desiderio hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis,

a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fratribus Missionariis Gallis Missionum exterarum dicti Ordinis artium Medicinæ, & Chirurgiæ hujusmodi peritis, etiam in Sacro Presbyteratus Ordine constitutis in memoratis partibus Infidelium nunc, & pro tempore commorantibus de Superiorum suorum licentia, dummodo in illis locis nullus adsit Medicus, vel Chirurgus Sæcularis, qui Infirmis in eorum infirmitatibus medeatur, artes Medicinæ, & Chirurgiæ præfatas juxta illarum præcepta ad commodum, & utilitatem Catholicorum in partibus Infidelium hujusmodi nunc, & pro tempore existentium duntaxat, gratis tamen, & sine ulla prorsus mercede ac in casu necessitatis tantum exercere, ac medicamenta, & alia necessaria præbere libere, & licite, ac sine ullo Conscientiæ scrupulo, vel irregularitatis, alteriusve pœnæ, vel censure Ecclesiasticæ incursum possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Obstantium derogatio.

§. 3. Non obstant. Apostolicis, ac in Universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, nec non dicti Ordinis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 5. Januarii 1735. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 5. Jan. 1735. Pont. nostri Anno V.

F. Card. Oliverius.

Indulgentia plenaria perpetua pro Visitantibus aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupat. vere pœnitent. & confessis ac Sacra Communione refectis, tam hæctenus erectis, quam impostertum erigendis die festo SS. Martyrum Berardi, Petri, Accursii, Adjuti, & Othonis.

CL.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Universis Christianis presentes literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

Cælestium munerum Thesaurus, quorum dispensationem humilitati nostræ credidit divina dignatio, libenter erogamus, sicut ad fovendam, incitandamque fidelium erga Sanctos in Cælis cum Christo regnantes devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Concessio Indulgentiarum de quibus supra.

§. 1. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum Vincentii de Comitibus Ministri, & Joannis Baptistæ Minucci Procuratoris Generalium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei Misericordia, & BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum dicti Ordinis hæctenus erectis, ac impostertum erigendis,

& ubicumque locorum existentibus die festo SS. Martyrum Berardi, Petri, Accursii, Adjuti, & Othonis ejusdem Ordinis Minorum professorum a primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam, Monialibus vero supra dicti Ordinis, ac aliis in earum quolibet Monasterio nunc, & pro tempore degentibus vere pariter pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis quæ suam respective Ecclesiam supra dicto festo visitaverint, & ut præfertur oraverint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus, Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides transumptorum.

§. 2. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 14. Januar. 1735. An. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoræ sub annulo Piscatoris die 14. Januarii 1735. Pontificatus nostri anno V.

F. Card. Oliverius.

CLL.

Contra Homicidas, ac deferentes Arma prohibita in Alma Urbe, & reliquo Statu Ecclesiastico.

CLEMENS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN Supremo Justitiæ solio, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis abundantiam constituti, tamen si Subditos nostros Charitatis potius vinculo, quam Legum severitate in officio continere semper optaverimus, considerantes tamen crebra, quæ in temporali S. R. E. Ditione, ac etiam in hac Alma Urbe nostra patrantur Homicidia, ac succrescentem in dies Virorum Sanguinum immanitatem, qui posthabitis gravissimis Prædecessorum nostrorum Sanctionibus, ac omnis divini, humanique Juris plane obliti, quinimmo vel Peris ipsis animantibus, utpote in genus suum minime sævientibus crudeliores, passim levissima etiam quandoque de causa Proximum suum depascuntur, ejusque cruore quasi musto inebriantur, nedum Corporibus mortem inferentes, sed non raro Animabus quoque pretiosissimo Domini, & Salvatoris Nostri Jesu Christi Sanguine redemptis (si non sint armis spiritualibus divina præveniente gratia munitæ) æternam perditionem procurantes, cogimur, licet inviti, nova, validioraque querere, & adhibere remedia, quibus tam exitiale, ac detestabile flagitium de eadem Urbe, ac finibus universæ Ditionis præfate, cujus peculiaris cura, ac tutela nobis a Domino commissa est, propulsetur, atque exterminetur: Eas in primis ineundo rationes, per quas omnis spes, ac fiducia impunitatis, quæ illecebra peccandi per sæpe esse solet, Delinquentibus adimatur, ut quos a tam atroci scelere nec Dei timor, neque humana necessitudo, nec fraternæ charitatis retrahi, penarum temporalium sibi quocumque præcluso effugio, ac evadendi aditu necessario subeundarum formidine deteriti, tandem ab effundendo Proximi sui sanguine manus abstineant.

Malis ex hujusmodi Ar-morum delatione prove-

§. 1. Hinc est, quod nos non minus ex injuncto nobis divinitus Apostolicæ sollicitudinis munere, quam publicæ tranquillitatis, ac securitatis studio

multorumque ad nos identidem delatis querimoniis excitati, post maturam, quam super ea recum nonnullis ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & dilectis Filiis Romanæ Curie Prælatibus ad id a nobis specialiter deputatis, qui rem ipsam jussu nostro diu, atque accurate discusserunt, habuimus, deliberationem, de illorum consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia nostris, deque Apostolica Potestatis plenitudine, hac in Urbe prædicta, aliisque Civitatibus, Terris, & Locis Nobis, & eidem S. R. E. in temporalibus mediate, vel immediate subiectis perpetuo valitura Constitutione, quæ infra sequuntur, ut serpenti morbo hujusmodi occurramus, statnenda, & ordinanda duximus.

§. 2. Ac primum quidem omnes, & singulas Constitutiones a fel. rec. Pio II., Paulo II., Sixto IV., Julio II., Leone X., Clemente VIII., Julio III., Pio IV., Pio V., Gregorio XIII., Sixto V., Gregorio XIV., Innocentio XI., Innocentio XII., ac Benedicto XIII., & quibusvis aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris adversus Homicidas saluberrime editas (quarum tenores præsentibus literis pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis haberi volumus) cum omnibus, & singulis in eis contentis, quæ ipsis præsentibus contraria non sunt, harum serie approbamus, confirmamus, & innovamus, illaque adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætendi, vel allegari possit, restituimus, & plenarie reintegramus, atque deinceps omnino, ac inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus. Et quia haud satis est delicta prohibere, nisi etiam quæ illa patrandi occasionem, ac commoditatem præbent, provide submoventur, omnes propterea, & quascumque prædictorum, ac præsertim Pii IV., & Pii V., necnon rec. mem. Alexandri VIII., quarum initium est -- *Et si cuncta &c.* -- aliorumque Antecessorum literas, & ordinationes, quibus vetantur delatio, retentio, & venditio scopolorum, *Archibuseti* vulgariter nuncupatorum, Pugionum, Cultrorum, parvarum Sicarum, aliorumque Armoreum mensuræ brevioris tribus palmis, utpote ad eadem clam, & dolose inferendam aptorum, prout quoque Edictum Kalendis Januarii MDCCVIII. de mandato piæ memoriæ Clementis Papæ XI. Prædecessoris quoque nostri promulgatum, ceteraque Bannimenta hucusque publicata, antedicta, aliæ similis, vel alterius generis Arma in Urbe, ac Ditione præfate sub diversis etiam capitalibus pœnis prohibentia (quæ itidem præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis haberi volumus) ac omnia, & singula in eis contenta similiter approbant, ac innovantes; ne penarum per eorundem Decessorum literas, Edictum, & Bannimenta adversus illorum transgressores cujusvis in illis expressæ qualitatibus, & conditionibus fuerint, statutarum executio ullatenus impediatur, tenore præsentium districte interdiciamus quibuscumque Tribunalibus, Magistratibus, ac Judicibus tam Urbis præfate, quam aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum Nobis, & Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subiectarum, ac quibusvis ejusdem S. R. E. Cardinalibus etiam de latere Legatis, ne in Causis delationis, ac retentionis istiusmodi Armoreum ulli Delinquenti pœnas, quas quomodolibet incurrerunt, gratiose remittant, aut component, ac vel in minima etiam parte moderentur, sed ea dumtaxat, quæ stricti juris fuerint, juxta præcisam formam, & dispositionem Literarum, Edicti, & Bannimentorum prælatorum decernant, & exequantur. Quod si ex peculiaribus quandoque facti circumstantiis, vel ex qualitate personarum, gratiæ, compositioni, aut pœnæ moderationi locum esse, æquitate ita suadente, prudenter existimaverint, nihilominus neque nunc ad concessionem gratiæ, compositionem, aut moderationem pœnæ deve-

Prædecessorum Pontificum similes Constitutiones innovat.

Quibuscumque Tribunalibus prohibet pœnas in dictis Constitutionibus latas reis remittere.

nire possint, nisi prævia nostra, ac Romani Pontificis pro tempore existentis expressa approbatione, sub nullitate gestorum, ac inde sequutorum, & quoad Judices profatos sub pecuniariis insuper, aliisque etiam corporalibus, nostro, & ejusdem Pontificis arbitrio infligendis pœnis; memoratisque Cardinalium Congregationibus, ac Cardinalibus etiam de latere Legatis quamcumque facultatem, quæ eis de jure, usu, vel consuetudine, seu alias quomodolibet competere possent, in dictis Causis delationis, aut retentionis Armorum arbitrari, gratiam impertiendi, & componendi, ac moderandi pœnas hujusmodi, harum ferie abrogamus, & revocamus.

§. 3. Præterea, sicuti in Bannimentis generalibus pro Urbe præfata, ac universo Statu nostro Ecclesiastico editis cavetur, Homicidas non excusari a pœna ordinaria etiam pro homicidio in rixa commisso, si ex processu constiterit, rixam ex causa irrationabili, seu bestiali, ut vocant, ortam fuisse, ita quia tantum Legibus addendum venit, quantum rixarum, & homicidiorum frequentia excreverit; Statuimus, ut in Urbe, ac quibuscumque Civitatibus. Terris, & Locis Nobis, & Sedi Apostolica mediate, vel immediate subiectis prædictis, comprehensis etiam quatuor Legationibus, ac Civitatibus Bononiæ, Ferrariæ, & Beneventanæ, aliisque etiam specialem, & individua mentionem requirentibus, Occisorum pœna pariter ordinaria puniatur, licet homicidium sequutum sit in rixa, si homicida rixæ author fuerit: utque calor iracundiæ a pœna ordinaria Delinquentem nusquam eximat, ubi inter tempus rixæ, ac paratum homicidium sex horarum spatium intercesserit, quod sufficere volumus, ut Reus ad actus extraneos diverterit, vel divertisse debuerit; declarantes, quod ubi luculenter ex processu hujusmodi constiterit, in actu homicidii nullam adfuisse rixam inter Occisum, & Occisorem, nec pro parte Occisoris probetur, intra dictum intervallum sex horarum homicidium immediate præcedentium aliquam subortam fuisse rixam, interfectorem pœna ordinaria omnino subiciatur. Neve prætextu erroneæ, & nunquam approbatæ consuetudinis, sive interpretationis, quispiam decipiatur, ad omnium, & singulorum memoriam serio revocamus, prædicta pœna ordinaria teneri nedum ore proprio homicidium confessos, sed etiam qui de commisso homicidio juxta juris Canonici, ac Civilis dispositionem, quam in ceteris quibuscumque delictis factam, rectamque fore volumus, convicti fuerint, quibusvis prætextu usu, & stylo, rebusque judicatis in contrarium minime attentis.

§. 4. Cumque ad reprimendam sanguinariorum hominum audaciam, quæ jam tunc invalescebat, idem Innocentius XII. Prædecessor in prædicta sua Constitutione incipien. - *Viros Sanguinum &c.* - inter alia expresse, ac omnino prohibuerit, inquisitos, processatos, condemnatos, aut bannitos, sive uti principales, sive uti mandatarios, sive uti complices, aut auxilium aut consilium, vel favorem præstantes ex causa, seu occasione homicidii, pro quo pœna ordinaria, vel extraordinaria imposita fuisset, seu imponenda foret, & quos quibuscumque futuris temporibus similiter inquiri, processari, condemnari, seu banniri contigisset in Urbe, & universa Ditione Ecclesiastica nullo unquam tempore, vel modo ex aliqua gratia, seu compositione, vel per viam cassationis Processus remitti, seu quoquo modo gratiose rebanniri habitari, seu cum eis dispensari, minusque illis aliquem Salvum conductum, seu liberum commeatum (præterquam pro vero, reali, & necessario servitio Justitiæ, & tunc pro eo dumtaxat tempore, quod hujusmodi servitio congrueret) concedi per quoscumque Civitatum, & Locorum præfatorum Governatores, Provinciarum Rectores, dictæ Romanæ Ecclesiæ in temporalibus Vicarios, & Justitiæ Officiales, & quoscumque alios

quamvis speciali, & individua mentione dignos, ac etiam ipsos Cardinales de latere Legatos, quorum tamen respectu dictam suam Constitutionem locum habere decrevit in homicidiis animo doloso, & præmeditato commisisse. Quamvis nulla subori possit dubitatio, quin prædicti Cardinales de latere Legati pro eorum eximia Dignitate, ac laudabili Justitiæ zelo semper ea, qua decebat moderatione, ac prudenti circumspectione ante hac usi sint facultate sibi sic præservata, quoties de homicidiis in rixa, aut alias sine animo doloso, & præmeditato sequutis actum fuit; attamen quia præconcepta spes veniæ consequendæ perverfos homines animosiores, prouioresque reddit ad rixas, & contentiones excitandas, & confovendas, earumque calore cædes patandas, quo damnabilis hæc præsumptio ex eorum animis pœnitent evellatur, eorumque sævitia irremissibilium pœnarum metu compescatur, enarratam Constitutionem, ac prohibitionem, quam idem Innocentius XII. Prædecessor quoad Cardinales de latere Legatos in homicidiis animo doloso, & præmeditato locum sibi vindicare voluit, sicut præmittitur, ad homicidia etiam in rixa, & sine præmeditatione commissa per præfatos extendimus, & ampliamus, itaut de cetero non liceat eisdem Cardinalibus de latere Legatis, neque etiam ipsis Cardinalium Congregationibus, sine nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis speciali Mandato inquisitos, processatos, & condemnatos, aut bannitos ex causa, vel occasione homicidii etiam in rixa, & absque præmeditatione patrati, & gratia, seu compositione, vel per viam cassationis Processus remittere, seu gratiose rebannire, habitare, seu cum eis dispensare, neque illis aliquem Salvum conductum, præterquam pro vero, reali, & necessario servitio Justitiæ, & tunc pro eo dumtaxat tempore, quod hujusmodi servitio congruat, concedere, etiam si pacem ab hæredibus, vel consanguineis, aut filiis defuncti habuerint.

§. 5. Venerabilibus quoque Fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis Filiis Locorum Ordinariis in Ecclesiastica Ditione præfata consistentibus in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub nostræ, Romani Pontificis pro tempore similiter existentis indignationis pœna earumdem tenore præsentium precipimus, ne in causis homicidii, sive qualificati, & animo doloso, & præmeditato, sive in rixa commissi, quibuscumque Reis eorum Jurisdictioni, & Foro quavis causa subiectis jam condemnatis, seu bannitis, sive quos in futurum per eorum Curiam inquiri, processari, condemnari, seu banniri contigerit, ullam similiter gratiam, absolutionem, compositionem, cassationem Processuum, pœna remissionem, seu moderationem, habilitationem, dispensationem, & salvum conductum, liberumve commeatum (excepto dumtaxat dicto reali, & necessario Justitiæ servitio pro congruo illius tempore) imposterum impertiantur, nisi post elapsam a die admissi delicti quinquennium, & tunc in ejusmodi causis ea tantum, quæ stricti juris Canonici fuerint, exequantur: Decernentes quidquid contra hanc nostram prohibitionem, ab eis, eorumque Curis, necnon etiam a dictis Cardinalibus de latere Legatis, ac Cardinalium Congregationibus factum fuerit, cum inde pariter sequutis, ipso jure nullum, ac irritum, nulliusque roboris, & momenti fore, nec tam in Judicio, quam extra illud delinquenti, etiam ad effectum inducendi, & allegandi bonam fidem ullatenus suffragari posse, & debere.

§. 6. Ad hæc ne ulla actio ad necem tendens, seu præordinata inulta remaneat, sancimus, & ordinamus, ut pro Armorum ignitorum explosione Delinquens si deliberate exploserit, & subsequuta sit offensus, ultimi supplicii pœnam incurrat, sin autem non deliberata explosione aliquem offenderit, Triremium pœnam in perpetuum subeat, & si animo quidem

Ecclesiasticis Superioribus mandat, ne quibuscumque homicidis sibi subiectis, ullam habilitationem, remissionem &c. concedant ante elapsum quinquennium a patrato homicidio.

Armorum ignitorum explosiones pro diversitate reatus diversimode vindicandæ.

Occisor si causa sit rixæ puniendus pœna ordinaria.

Sex horarum spatium datur ad divertendum ad actus extraneos.

Reus sive Confessus, sive convictus sit pœna ordinaria subicitur.

Confirmat Innocent. XII. Constitutione de non re-habilitandis iis, qui animo doloso, & præmeditato occidunt, eam extendit ad homicidas quoque, qui sine hujusmodi animo interficiant.

Nominatio-
nes Guber-
natoris Ur-
bis, & Card.
Legatorum
invalidat.

deliberato, sed absque alicujus offensione ejusmodi arma laxaverit, poena Triremium per decennium obnoxius sit, ac demum ubi nec praemeditatio, nec offensio intervenerint, simplex tamen explosio quinquennali remigatione viadictetur.

§. 7. Ad nominationes quoque, quae sunt pro liberatione Reorum jam damnatorum a promerito supplicio, nostrae dirigentes considerationis intuitum, in eo, quod atinet ad illas nominationes, quibus nonnullae Archiconfraternitates, aliaeque Societates Urbis, & Ditionis hujusmodi ob egregia, quae assidue exercent Pietatis, & christianae Charitatis opera; ex speciali Sedis Apostolicae concessione, quae tamen sit in viridi observantia, potiuntur, quaeque Satellitibus, seu Curiae Apparitoribus pro Bannitorum, & in contumaciam condemnatorum captura in praemium laboris concedi consueverunt, nihil praeter consuetudinem innovandum decrevimus; ut nominationes eorumdem Bannitorum, & in contumaciam damnatorum, quas ex gratia dictae Urbis Gubernator, Cardinalium Congregationes, ac ipsi Cardinales de latere Legati Executoribus Justitiae, & aliis quibuscumque attribuere solent, vires deinceps nolumus obtinere, nec nominatis ex causa homicidii in aliquo prodesse, nisi Nobis, seu eodem Pontifice pro tempore existente prius consultis, habitoque desuper nostro, vel ejus assensu.

Nemini privilegio Fori privilegium in causa homicidii suffragatur.

§. 8. Et quoniam experimento compertum est, administrationem, ac cursum rectae, & expeditae Justitiae, qua Reipublicae salus praecipue innititur, summo opere obturbari, vel ab excessivo numero Privilegiatorum vulgariter - *Patentati* - nuncupatorum, vel a minus recta intelligentia Privilegiatorum concefforum, proinde falsis, firmisque remanentibus Decretis, ac Resolutionibus, quae temporibus fel. pariter record. Urbani Papae VIII., & dictorum Innocentii XI., ac Innocentii XII. Praedecessorum, aut alias quodcumque ea super re emanarunt, volumus, quod privilegium Fori nemini quoruncumque Privilegiatorum hujusmodi tam in Urbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico praedictis (Officialibus, aliisque Privilegiatis a Congregatione pro tempore existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium contra hareticam gravitatem generalium Inquisitorum, ac Ministris necessariis actu inservientibus Archiepiscopis, Episcopis, ac Ordinariis praefatis, eorumque Curis dumtaxat exceptis) pro crimine homicidii suffragetur, sed dicti Privilegiati, quatenus clericali Characterem insigniti, Ecclesiasticae, & quatenus Laici fuerint, Saeculari Jurisdictioni subiaceant; reservantes Nobis facultatem declarandi quinam, quoque esse debeant veri familiares dictorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & Ordinariorum, ac Officiales necessarii Curis Ecclesiasticis verum, & actuale servitium praestantes.

Clerici quo
methodo puniendi.

§. 9. Insuper quia ex illis etiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique aliis irreprehensibilis, & ab omni culpa, & macula immunis vitae, ac virtutum exemplo praelucere deberent, aliqui interdum reperiuntur adeo suae vocationis immemores, ut impellente humani generis hoste, pluribus etiam homicidiis manus suas cruentare non perhorrescant. Nos perversorum quoruncumque malitiae obviandum esse, non indulgendum probe intelligentes, ad istorum quoque frenandam pervivaciam perpetuo itidem statuimus, quod Clericus primae Tonsum nullum Beneficium Ecclesiasticum obtinens, tametsi condiciones Clericis hujusmodi a Concilio Tridentino praescriptas servaverit, ac servet, pro duobus tamen homicidiis animo deliberato, & praemeditato per eum patris, privilegio Fori, & Canonis in odium tanti excessus, & ad aliorum terrorem exuatur, & uti incorrigibilis omnino Saeculari Potestati

subjiciatur, ab ea tamquam Laicus legitimis poenis plectendus; Clericus quoque in minoribus Ordinibus constitutus, nec pariter Beneficiatus, nec praescripta a Concilio Tridentino servans, tam coelebs, quam conjugatus in Causis homicidii dicto Privilegio Fori non gaudeat, eoque privatus remaneat, neque a proprio Episcopo, seu Ordinario repeti, minusque habitum Clericalem, quem indigne abjecit, reassumere possit, nisi post totaliter expiatam admitti delicti poenam. Declaratio autem, an Reus ante patrum homicidium requisita a Concilio Tridentino servaverit, ad Episcopum, aliumve Loci Ordinarium omnino spectet, non retardata interim Delinquentis asecuratione facienda etiam per Judicem Laicum nomine Ecclesiae, qui illum pariter Ecclesiae nomine ad illius dispositionem retinere possit, ac debeat, donec dicta declaratio prodierit, quacumque diversa, ac etiam contraria juris Canonici, & Apostolicarum Constitutionum dispositione, seu interpretatione, necnon consuetudine haud refragante.

§. 10. Porro cum idem Benedictus praedecessor animadvertens homicidia hujusmodi suo etiam tempore increbrescere, nec minus quam alia facinora in celebri Constitutione dicti Gregorii XIV. etiam Praedecessoris, quae incipit - *Cum alias &c.* - recensita publice quieti officere, pro commissi sibi Apostolici Officii debito per praedictam suam anno Incarnationis Dominicae MDCCXXXV. Sexto Idus Junii, cui initium est - *Ex quo divina &c.* - evulgatam Constitutionem Laicos animo praemeditato, ac deliberato proximum suum interficientes ab Ecclesiastica Immunitatis beneficio excluderet, & repulerit, ac pro exclusis, atque repulsis haberi voluerit: Nos ob gliscentem in dies quorundam Ecclesiasticorum nequitiam, qui nulla proprii status habita ratione, non raro in adeo nefarium, detestandumque crimen prolabantur, ipsorum Gregorii, & Benedicti Praedecessorum Constitutionibus, quas supra confirmavimus, atque innovavimus inherentes, & quatenus opus sit, criminum in illis exceptorum Reos immunitate Ecclesiastica nequaquam juvari iterum decernentes, eandem Benedicti Praedecessoris Constitutionem, Laicos animo praemeditato, ac deliberato proximum suum, sicut praemittitur, interficientes, a Beneficio Immunitatis Ecclesiasticae excludentem, ad ipsos Ecclesiasticos cujuscumque gradus, & ordinis existant in Urbe, ac universa Ditione Nobis, & Sedi Apostolicae mediate, vel immediate subiecta homicidium animo similiter praemeditato, ac deliberato patrans extendimus quoque, & ampliamus, dummodo tamen causa admitti per eos homicidii ab illorum Judice Ecclesiastico competente cognoscatur, & ab eo, si Rei reperti fuerint, citra poenam Sanguinis ad praescriptum Sacrorum Canonum condigna puniantur animadversione.

Ecclesiastici animo doloso, & praemeditato occident non gaudent, sicut etiam Laici, immunitate ecclesiastica.

§. 11. Ulterius ad varias Doctorum, qui ejusdem Benedicti Praedecessoris mentem quoad Personam in dicta ejus Constitutione comprehensas interpretari, ac explicare voluerunt, sententias, & opiniones dirimendas, declaramus homicidii Reos natu minores vigintiquinque, majores vero viginti annis tam Laicos, quam Clericos, atque omnes, & singulos sive Laicos, sive Clericos, qui mandatum, consilium, instigationem, auxilium cooperativum, aut aliam operam Occisori praebuerint, ex quorum singulis pravis actibus homicidium evenerit, in dicta Benedicti Praedecessoris Constitutione comprehensos esse, ac deinceps ceteri debere, eamque quatenus opus sit ad ipsos pariter extendimus; ita scilicet, ut illorum extractio e loco immuni, atque traditio Curiae Saeculari quoad Laicos ad ejusdem Curiae Saecularis requisitionem fiat a Curia Ecclesiastica, &

Rei quomodo extrahendi e loco immuni.

Immunitate non gaudent quoque ex causa homicidii in contumaciam condemnati.

Ordo servandus in extractione reorum e loco immuni.

Clerici ab ipsa Curia Ecclesiastica ex officio omnino extrahantur juxta normam infra dicendam.

§. 12. Item declaramus omnes, & singulos prædictos tam Laicos, quam Ecclesiasticos, qui in Urbe, ac Ditione præfatis, ex causa, & occasione homicidii etiam in rixa commissi cum armis, seu instrumentis suapte natura aptis ad occidendum inquisiti, & processati, vel in contumaciam banniti, & condemnati fuerint, dummodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem, Immunitatis præfate beneficio minime etiam gaudent.

§. 13. Urque Reorum ratione homicidii, ut præfertur, excepti inquisitorum, seu bannitorum, & in contumaciam condemnatorum extractio ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus, atque traditio suo cuique Judici competenti legitimi modo, & forma a Curia Ecclesiastica fiant, volumus, & ordinamus, ut quotiescumque Judici Ecclesiastico competenti innoverit, aliquem Laicum, seu Ecclesiasticum ex causa homicidii excepti inquisitum, atque processatum ad Ecclesiam, seu locum immunem confugisse, ibique moram trahere ac ea super delicti qualitate, ac personæ reitate subministrata, vel acquisita suppetant indicia, quæ ad capturam decernendam sufficere videantur, tunc idem Judex Ecclesiasticus ex officio, ac nemine etiam requirente, si delinquens sit Clericus, si vero Laicus, postquam a Curia Sæculari requisitus fuerit, ad ipsius delinquentis extractionem ab Ecclesia, seu loco immuni, implorato etiam ad hoc, quatenus opus sit, auxilio brachii Sæcularis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputandæ devenire teneatur, Extractumque ad suos, si tuti, & securi fuerint, sin minus ad Curie Sæcularis carceres asportari, ibique sub tuta custodia detineri curet, & faciat: Ubi vero ex processu informativo desuper conficiendo quoad Inquisitum nondum condemnatum, dictus Judex Ecclesiasticus ex acquisitis, seu subministratis indicibus ad torturam tantum sufficientibus ab Extracto homicidii a præfata Bened. Cti Prædecessoris, & hac nostra Constitutionibus exceptum patratum fuisse cognoverit, ad declarationem, quod scilicet de casu ita excepto constet, progrediatur, Extractumque, si Laicus sit, Ministris, & Officialibus Curie Sæcularis, si autem Clericus, ejus competenti Judici Ecclesiastico tradere, & consignare possit, ac debeat, exactis tamen, receptisque in actu traditionis, & signationis hujusmodi a Judice quidem Sæculari juramento, & ab Ecclesiastico promissione, in verbo veritatis de restituendo Extractum Ecclesie, locove immuni sub pena Excommunicationis lætæ Sententiæ nobis, & eidem Romano Pontifici pro tempore existenti reservate, quatenus Extractus in suis defensionibus, quæ ad trames Juris, & Ordinationum Apostolicarum ei competunt, præfata elidat, seu diluat indicia, & si illa minime eliserit, sive diluerit, & delinquens repertus fuerit, Judici suo, scilicet Ecclesiastico in Clericum, Sæculari in Laicum, ut juris esse censuerit, animadvertere liceat. Quoties autem de jam bannito, aut in contumaciam damnato ex causa homicidii superius excepti sive Laico, sive Ecclesiastico agatur, quilibet Judex Ecclesiasticus, ut præfertur, competens ad illius, Laici nimirum instante Curia Sæculari, & Clerici ex officio extractionem ab Ecclesia, locove immuni cum interventu quoque personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputandæ, ac traditionem suo respective Judici, sicut mox dispositum est, faciendam procedat, solamque Sententiæ contumacialis, & actorum, quibus illa fundatur, exhibitionem ad hoc sufficere decernimus, ut dictus Judex Ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnito, num istiusmodi Sententiæ contumacialis legitime, justque prolata sit ad formam Constitutionum Apostolicarum, pro-

nunciare, ac declarare queat, & debeat, an bannitus & in contumaciam damnatus consignandus veniat, necne? exactis pariter, & receptis, quatenus consignetur a Judice Sæculari juramento, si Delinquens sit Laicus, ab Ecclesiastico vero, si fuerit Clericus, promissione ipsum ut supra restituendi Ecclesie, locove immuni, sub antedicta pena Excommunicationis, si Extractus in suis similiter defensionibus ei ad præscriptum præfatarum Constitutionum Apostolicarum competentibus nullitatem, & injustitiam contumacialis Sententiæ prædictæ ostenderit, & sceleris indicia diluerit, quod si id præstare nequiverit, & ex eisdem Sententiæ, & actis rite, & recte gestis Reus repertus fuerit, judex competens Sententiæ exequi, & quando aliquem in pena irrogata excessum deprehenderit etiam moderari valeat; ita quod quæcumque declaratio a prædicto Judice Ecclesiastico facta in Judicio Ecclesiasticæ immunitatis, super consignatione banniti, & in contumaciam damnati, ejusque denegatione nullatenus deservire, & a nemine allegari possit in alio diverso, ac separato Judicio, in quo scilicet de præfate Sententiæ contumacialis executione postmodum disputari contingeret, ad quem effectum dicta declaratio Judicis Ecclesiastici perinde habeatur, ac si non emanasset, nec ullus exinde scrupulis animo Judicis competentis in cognoscenda, & definienda validitate, seu nullitate, justitia, seu injustitia ejusdem Sententiæ contumacialis ingeratur.

§. 14. Hanc autem methodum, & formam sic a Nobis stabilitam exacte, & inconcussa ab omnibus deinceps observari volumus, & mandamus, quacumque alia Prædecessorum dispositione, aut contraria interpretatione, ac praxi in quibusvis Curis Urbis, & Ditionis præfatarum quomodolibet, & quandocumque investita, necnon declarationibus a Tribunalibus dictæ Urbis, ac etiam a Congregatione pro tempore quoque existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium immunitati Ecclesiasticæ, & Controversiis Jurisdictionalibus præposita, etiam iteratis vicibus emanatis haudquam obstantibus.

§. 15. Ceterum quæ memoratis Constitutionibus Gregor. XIV., & Bened. Cti XIII. Prædecessorum in cunctis Christiani Orbis partibus juxta earum tenorem, ad dispositionem inviolabiliter retinendis, ac custodiendis, per modum extensionis, & ampliationis adjicienda duximus, nullam ad ceteras Regiones, utpote sicut in Domino gaudentes accepimus, non adeo multiplicia grassantur homicidia, neque ultra ditionem Ecclesiasticam præfata extendere, & ampliare intendimus.

§. 16. Decernentes easdem præfatas literas, & in eis contenta quæcumque semper, ac perpetuo firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere tam in Urbe, quam in reliquis omnibus Civitatibus, Terris, & locis Nobis, ac S. R. E. mediate, vel immediate subjectis, comprehensis etiam quatuor Legationibus, ac ipsis Bononien., Ferrarien., ac Beneventan. Civitatibus, aliisque etiam specialem, & individua mentionem requirentibus præfatis, ac generaliter in quibuscumque Curis tum Ecclesiasticis, tum Sæcularibus, etiam Baronialibus respective; nullis exceptis, atque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime observari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, eorumdemque Cardinalium Congregationes, aliosve quoscumque quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a

Hæc extractionis forma semper & inconcussa servanda.

Ampliationes Bullarum Gregor. XIV. & Bened. Cti XIII. Ditionem Ecclesiasticam tantum tangunt.

Præfatum Literarum validitas, & executio.

Obstantium derogatio.

quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 17. Non obstantibus præmissis, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Stilis, Usibus, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac quorumcumque Prædecessorum nostrorum Literis, Privilegiis, Indultis, & Facultatibus quibusvis etiam dictis Cardinalibus, eorumque Congregationibus sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam concistorialiter, vel alias quomodo libet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Terminus peremptorius ad hujus Constitutionis obligationem.

§. 18. Volumus autem, ut lapsis decem respectu dictæ Urbis, ejusque Districtus, ac viginti diebus respectu totius reliqui Status nostri Ecclesiastici, postquam præsentibus Literæ Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, & in Acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Curforibus nostris affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos tam in Urbe, quam in Statu præfatis existentibus perinde ardeant, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatæ fuissent; utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Clausula.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrorum approbationis, confirmationis, & innovationis, prohibitionis, abrogationis, decretorum, præceptorum, mandatorum, & statutorum, ordinationum, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die 1. Febr. 1735. An. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo quinto, Kalendis Februarii, Pont. nostri An. V.

A. Card. Pro-Dat. F. Card. Olivarius.

V I S A.

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Loco ✕ Plumbi.

I. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo septingentesimo trigesimo quinto, Indiæione decima tertia, die vero 22. Mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Cle-

mentis Divina providentia Papæ XII. Anno V. supradictæ Literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Triphellium Apost. Curf.

Joseph Olivetani Mag. Curf.

Annua Contributio per Monasterium Sanctæ Scholasticæ Congregationis Casinensis Ordinis S. Benedicti faciendâ Monasterio Sacri Specus ejusdem Congregationis & Ordinis fieri censetur etiam titulo Compensationis quorundam bonorum, ac fieri debet in pecunia numerata.

CLII.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **A**lias inter diversas ordinationes, quas pro instauratione, salubrique regimine, & gubernio Monasterii Sacri Specus prope Oppidum Sublacæ, Congregationis Casinensis Ordinis Sancti Benedicti, per terras nostras in simili forma Brevis expeditas Literas edidimus, certis ex causis tunc expressis mandavimus, ut Monasterium Sanctæ Scholasticæ eorundem Congregationis, & Ordinis ipsi Monasterio Sacri Specus adjacens summam quingentorum quadraginta quinque scutorum monete Romanæ quotannis contribuere deberet in duabus equalibus solutionibus pro sustentatione quatuor Monachorum, duorumque Converterorum, ac unius Famili, cum equo, sive mula in dicto Monasterio Sacri Specus, cum facultate in diminutionem annuæ summæ sic contribuendæ, subministrandi totum panem, vinum, & oleum necessarium alimentis præfatarum, aliarumque personarum in eodem Monasterio Sacri Specus pro tempore degentium; Ac subinde decrevimus, quod Procurator Generalis prædictæ Congregationis Casinensis itidem pro tempore existens, solus deinceps, & unicus Superior, & Abbas foret ipsius Monasterii Sacri Specus, quin Abbas alterius Monasterii Sanctæ Scholasticæ se in illius gubernio, quoad spiritualia, & temporalia ingereret, sed ad dictum Procuratorem Generalem omnimoda ejus administratio, atque directio, Religiosorumque destinatio, & mutatio spectarent, & alias prout in literis nostris præfatis novissimis quidem die iv. Maii proximi præteriti emanatis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter specificatis, & ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Statutum alias a Pontifice contributionem, de qua in Rubrica, fieri posse in pane, vino &c. & Procuratorem Generalem Congregationis Casinensis solum esse Superiorem Monasterii Sacri Specus.

§. 2. Cum autem sicut Venerabilis Frater noster Petrus Marcellinus Episcopus Tusculanus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Corradinus nuncupatus, supradictæ Congregationis Casinensis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, Nobis novissime exposuit, præfatum Monasterium Sacri Specus, antequam eidem Congregationi Casinensi, simul cum alio Sanctæ Scholasticæ uni- retur, non solum proprios Priores, & Monachos haberet, sed plura etiam Prædia, Census, alique bona, res, & jura obtineret, quæ post obitum Prioris, & Monachorum prædictorum dicto Monasterio Sanctæ Scholasticæ incorporata fuerunt; atenta vero separatione unius Monasterii ab altero ita per Nos facta, lites, controversiæ, seu prætensiones inter utrumque Monasterium hujusmodi, quæ Religiosam tranquillitatem, fraternamque charitatem, ac animorum concordiam inter Monachos dictorum Monasteriorum summopere necessariam perturbarent, facile progressu temporis, nisi pervertantur excitari possent; Sicuti quoque mutarum dissensionum, &

Causæ recedendi ab hoc Statuto.

queri-

querimoniaram occasio tolleretur, si cautum foret, ut præfata summa quingentorum quadraginta quinque scutorum, quam dictum Monasterium Sanctæ Scholasticæ eidem Monasterio Sacri Specus annuatim contribuere teneatur, in posterum in pecunia numerata integre persolveretur, quemadmodum ex conventionione inter dilectos filios modernos Abbatem, & Cellarium Monasterii Sanctæ Scholasticæ, ac Priorem, & Monachos Monasterii Sacri Specus prædictorum inita de præfenti servaretur; Nobis propterea idem Petrus Marcellinus Episcopus Cardinalis humiliter supplicavit, quatenus in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nova de-terminatio prout innuitur in Rubrica.

§. 3. Nos igitur ipsius Petri Marcellini Episcopi Cardinalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, ac utriusque Monasterii præfati paci, & tranquillitati prospicere cupientes hujusmodi supplicationibus inclinati; quod enarrata contributo quingentorum quadraginta quinque scutorum per dictum Monasterium Sanctæ Scholasticæ eidem Monasterio Sacri Specus quotannis facienda; sicuti præmittitur, etiam in compensationem, ac ex causa, & titulo compensationis Prædiorum, Censuum, aliorumque bonorum, rerum, & jurium, quæ olim ad ipsum Monasterium Sacri Specus spectabant, dictoque Monasterio Sanctæ Scholasticæ incorporata, seu quomodolibet applicata fuerant, fieri censeatur. Itaut præfatum Monasterium Sacri Specus nihil, præter, & ultra annuam contributionem hujusmodi ratione Prædiorum, Censuum, bonorum, rerum, ac jurium prædictorum ab illo Sanctæ Scholasticæ prætere, aut petere, neque illud desuper molestare, vel inquietare valeat, sed ea contributione contentum sit, ac vicissim dictum Monasterium Sanctæ Scholasticæ summam quingentorum quadraginta quinque scutorum præfatorum singulis annis in duabus solutionibus æqualibus ad præscriptum priorum literarum nostrarum omnino, & exacte pendere ac contribuere teneatur, in compensatione quoque, & ex causa, & titulo compensationis hujusmodi, nec e tali contributione ullatenus quovis prætextu, & colore se se eximere, illamve differre possit: ac insuper quod istiusmodi contributo perpetuis futuris temporibus in pecunia numerata integre fieri debeat, ipsique Abbati Priori, & Monachis Monasterii Sacri Specus, aliunde, & undecumque voluerint, panem, vinum, & oleum emere, & parare liberum sit, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, declaramus, & ordinamus.

Hujus præcepti firmitas.

§. 4. Decernentes easdem præfatas literas semper, ac perpetuo, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suasque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illos, ad quos spectat, & pro tempore, quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inconcussè observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfata Cardinales etiam de Latere Legatos, & alios quolibet quavis præminentia, & potestate fungentes, & functuros; sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ipsique Petro Marcellino Episcopo Cardinali moderno, ac pro tempore existenti prædictæ Congregationis Casinensis apud Sedem Apostolicam Protectori harum serie injungentes, ut easdem præfatas literas executioni mandari, observari, & custodiri mandet, & faciat.

§. 5. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus adversantur prioribus literis nostris præfatis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in iisdem prioribus literis nostris concessa sunt, non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVIII. Februarii MDCCXXXV. Pontificatus nostri anno V.

F. Cardinalis Oliverius.

Dat. die 28. Febr. 1735. An. V.

Statutum, ut Capitulum generale Ordinis S. Hippoliti Mexican. de cetero de sexennio in sexennium celebretur.

CLIII.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. CUM sicut dilecti filii Fratres Ordinis Hospitalis S. Hippoliti Mexican. tam suo, quam ejusdem ordinis nomine nobis nuper exponi fecerunt, per Constitutiones dicti Ordinis, auctoritate Apostolica confirmatas expresse disponatur, quod illius Capitulum generale quolibet triennio celebretur, id vero cum ejusmodi ordo per diversas Americæ Regiones dilatatus sit, gravem incommoditatem afferat, ac Superior Generalis Ordinis hujusmodi visitationem suam in triennio prædicto complere nequeat, cupiantque propterea iidem exponentes opportune in præmissis a nobis provideri, & ut infra indulgeri.

Capitula Generalia quolibet triennio celebrare grave Ordini cum esset.

§. 2. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulas personas a quibusvis &c. censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui rem undique mature discussurunt consilio, ut de cetero (prædictas Constitutiones, ejusdem Cap. IV. hac in parte reformantes) Capitulum generale prædicti Ordinis hospitalarii quolibet sexennio a proximo futuro Capitulo generali quod anno proximo venturo celebrandum est, incipiendo, atque ita de sexennio in sexennium continuando celebretur, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clemens illud protrahit ad sexennium in perpetuum.

§. 3. Decernentes easdem præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suasque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices, ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præfatis Constitutionibus firmitas.

§. 4. Non obstant. præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrarium.

1735.
Transumptis
danda fides.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ presentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. die 9.
Aprilis 1735.
An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Apr. 1735. Anno V.
F. Card. Oliverius.

CLIV.

Confirmatio Decreti Congregationis de Propaganda fide super tumulatione Cadaverum Missionariorum Regularium in Infidelium partibus existentium.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum
Congrega-
tionis de P.
F. super tu-
mulatione
Cadaverum
Missionario-
rum.

§. 7. **N**uper a Congregatione Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ fidei præpositorum super tumulatione Cadaverum Missionariorum Ordinum Regularium in partibus Syriæ, & Palestinæ emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Decretum Sacræ Congregationis generalis de Propaganda fide habita die 7. Febr. 1735. referente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino, Domino Cardinali Petra Præfecto; Sacra Congregatio ad tollenda jurgia, & dissensiones, quæ non raro oriri solent in partibus Syriæ, & Palestinæ occasione tumulationis Cadaverum Missionariorum Ordinum Regularium confirmavit, & renovavit Decreta super hujusmodi re alias edita, & præsertim anno 1692. Itemque confirmata anno 1702. -- Per quæ sancitum fuit, quod deferatur private Cadaver a propriis Religiosis -- In Cimiterio autem tantum adesse debeat Parochus cum Stola, & Cruce, & dicat Orationes juxta formam præscriptam in Rituali, permittendo postea ut reliquæ orationes dicantur a Superiore Religionis, & per ipsam, ac suos Religiosos dari sepulturam. Præsens autem Decretum renovatorum prædictorum Decretorum eadem Sacra Congregatio præcepit notificari Superioribus Generalibus eorum Ordinum etiam Societatis Jesu, quorum Religiosi Missionariorum munus in antedictis partibus obeunt, ut ab omnibus, & quibuscumque suis respectivè subditis illud omnino, & inviolabiliter observari curent. Datum Romæ ex ædibus ejusdem Sacræ Congregationis die 19. Martii 1735. -- V. Card. Petra Præfectus Ph. de Montibus Sec. Loco & Sigilli.

Hujusmodi
Decretum a
Pontifice
confirma-
tum.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Cherubinus de Noves Frater expresse professus Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum in Romana Curia Missionariorum Gallorum ejusdem Ordinis in Infidelium partibus existentium Procurator nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocínio communiri plurimum desideret. Nos specialem ipsi Cherubino gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

1735.
Præsentium
literarum fir-
mitas.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium
derogatio.

§. 4. Non obstant, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit quorumcumque ordinum, & aliis quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Aprilis 1735. Pont. nostri anno V.

F. Card. Oliverius.

Dat. die 13.
Aprilis 1735.
An. V.

Confirmatio Brevis Urbani VIII. super declaratione quod Ordo Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum per rectam lineam sine intermissione descendit a linea S. Francisci.

CLV.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**A, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris pro Religiosa Christianifidelium divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum quiete provide facta, & declarata fuisse noscuntur, ut solidiori robore persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id a nobis petitur, libenter constabiliamus.

Exordium.

§. 2. Dudum siquidem fel. rec. Urbanus PP. VIII. Prædecessor noster Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum fuisse, & esse ex vera, & nunquam interrupta linea, ac veros, & indubitatos Fratres dicti Ordinis S. Francisci, & illius Regulæ Observatores, subque ipsius S. Francisci Regulæ militasse, & militare decrevit, & declaravit, & alias prout uberius continetur in dicti Urbani Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet: Urbanus PP. VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris, & Domini Nostri &c. *Cetera legere est suo loco. Tom. IV. Const. LXVIII. pag. 133. Edit. Luxemb.*

Urbanus
Octavus de-
claravit Fra-
tres Ordinis
Capuccino-
rum veros
esse Fratres
Ordinis S.
Francisci.

§. 3. Cum autem sicut dilectus filius Bonaventura a Ferraria Minister Generalis ejusdem Ordinis Nobis nuper exponi fecit, ipse præmissa quo firmiter subsistant, & inviolabiliter serventur, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocínio communiri summopere desideret. Nos specialem ipsi Bonaventuræ Ministro Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Urbani Prædecessoris literas, omniaque in eis contenta,

Urbani lite-
ras confirmat
Clemens.

dicta

Erhanc Declarationem perpetuo servari præcipit.

Obstantibus derogat.

Dat. die 14. Maii 1735. An. V.

dicta auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præsentibus Urbani Prædecessoris literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Maii 1735. Pont. nostri Anno V.

F. Card. Oliverius.

CLVI.

Concessa facultas Generali nunc, & pro tempore existenti Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum una cum Definitorio Generali concedendi licentiam Fratribus Capuccinis Presbyteris ad audiendas secularium Confessiones ab Ordinario approbatis in illis locis, ubi Conventus sui Ordinis existunt, & in quibus Confessariorum penuria viget.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Clem. VIII. Gregorii XIV. Constitutionem, qua cavetur, ne Capuccini secularium audiant Confessiones, abrogans eorum Ministro Generali facultatem concessit nonnullos Fratres approbandi ad eandem audiendas Confessiones.

§. 1. **D**UDUM emanarunt a re. me. Clemente Papa VIII. Prædecessore nostro literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet: Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Alias se. re. Gregorius Papa XIV. Prædecessor noster ex causis tunc expressis motu ejus propria sua perpetuo valitura Constitutione statuit, & ordinavit, quod nullus Congregationis Capuccinorum Ordinis Fratrum Minorum nuncupatorum S. Francisci in laicorum utriusque sexus, & Clericorum secularium quacumque dignitate, præminencia, auctoritate, & facultate suffulti essent, confessionibus occupari, vel confessiones eorum audire, etiam ad id faciendum a Superioribus Ordinis, aut Protectore, aut etiam ab Apostolica Sede quomodolibet, & sub quacumque verborum forma licentias eatenus obtinissent, prout in ejusdem Gregorii Prædecessoris literis in forma Brevis sub data die prima Junii 1591. expeditis plenius continetur. Cum autem diversi utriusque sexus Christianifideles pro eorum erga dictum Ordinem seu Congregationem Capuccinorum devotione cupiant Religiosis ejusdem Congregationis confiteri posse. Nos illorum pio desiderio benigne annuentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præfatas Gregorii Prædecessoris literas, quarum tenorem, præsentibus pro expresso haberi volumus, ita moderamur: ut Minister Generalis ejusdem Congregationis Capuccinorum, & Definiores in Capitulo Generali, congregati, ut in eodem Capitulo tantum quibusvis ejusdem Congregationis Religiosis ad Confessiones audiendas approbatis ipsis Ministro Generali, & Definitoribus videbitur, licentiam audiendi secularium utriusque sexus confessiones usque ad novi Capituli Generalis celebrationem, & non ultra, & sic de Capitulo Generali in Capitulo Generale concedere respective possint, & valeant

auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur, & quascumque licentias audiendi secularium hujusmodi confessiones quibusvis ejusdem Congregationis fratribus ab illius Protectore, aut quocumque alio, etiam de expresso nostro mandato in perpetuum concessas harum serie revocamus, & annullamus; Decernentes irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præfati Gregorii XIV. Prædecessoris, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem, quæ præsentibus ipsis adhiberetur fides, adhibeatur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 3. Februarii 1603. Pontificatus nostri anno Undecimo. M. Vestrius Barbanius.

§. 2. Cum autem sicut dilectus filius Bonaventura a Ferraria Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupat. nobis nuper exponi fecit juxta quoddam Decretum nostrum, sive per nostras pariter in forma Brevis expeditas literas Definitorium Generale dicti Ordinis in hac alma Urbe nostra de præsentibus resideat, & bis in hebdomada plerumque pro discutiendis, ac resolvendis rebus Ordinis hujusmodi uniat: dictis vero Bonaventura Minister Generalis in dies ab Ordinariis, & Communitatibus, & hominibus nonnullorum locorum, necnon multis honorabilibus familiis efflagitetur, ut fratres prædicti Ordinis Sacramentales Christianifidelium confessiones excipere possint, ac proinde opportune in præmissis a nobis provideri summopere desideret. Nos ipsum Bonaventuram Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Bonaventuræ, & pro tempore existenti Ministro Generali prædicti Ordinis, ut una cum Definitorio Generali hujusmodi petitiones sibi super præmissis factas expendere, si, & quatenus illas congruentes, & necessarias repererit, præsertim in illis locis, ubi Conventus sui Ordinis existunt, & in eis ceteroqui Confessariorum penuria viget potestatem Fratribus Ordinis prædicti in S. Presbyteratus Ordine constitutis, & ad audiendas secularium confessiones, ab Ordinario loci approbatis concedere libere, & licite possit, & valeat quacumque necessariam, & opportunam facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium tribuimus, & impartimur. Quemadmodum in Capitulo Generali ejusdem Ordinis servari consuevit.

§. 3. Non obstant. prædicta Clementis Prædecessoris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanfuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Hanc facultatem extendit Clemens.

Derogat contrariis.

Datum

1735.
Dat. die 14.
Maii 1735.
An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIV. Maii MDCCXXXV. Pontificatus nostri anno V.
F. Card. Oliverius.

§. 4. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 27. Junii 1735. Pontificatus nostri anno V.
F. Card. Oliverius.

1735.
Fides transumptorum.

Dat. die 27. Junii 1735. An. V.

CLVII. Indulgentiæ docentibus, & pueris discipulis Doctrinam Christianam in Urbe ac universa Italia, insulisque adjacentibus extenduntur ad Adultos, qui Catechismo hujusmodi intererint.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Cælestium munerum Thesaurus dispensationi nostræ a Domino creditus cum ad Catholicæ Religionis incrementum, & animarum salutem profuturos speramus libenter elargimur.

Extensio de quam Rubrica.

§. 1. Cum itaque ab ipso Apostolici Regimini nostri primordio ad uberes fructus, ac spirituales fideliarum adificationem, qui ex assiduo usu, & explicatione Catechismi, sive Doctrinæ Christianæ provenire noscebantur paternæ dirigentes considerationis nostræ intuitum, diversas Ordinationes a nonnullis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad promovendum hoc pium, fidelique populo imprimis necessarium opus, quo ille nimirum fidei Catholicæ rudimentis ac misteriis, omnibusque Christianis virtutibus instruitur, salubriter editas, per edictum die 15. Novembr. 1730. jussu nostro promulgatum confirmaverimus, ac etiam ampliaverimus, nunc nos Christiane tam almæ Urbis nostræ, quam Universæ Italiæ, ac Insularum adjacentium pro tempore existentes, ut operi hujusmodi ferventius incumbant, novis spiritualium gratiarum muneribus, excitare volentes, omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, ac penitentiarum relaxationes, quæ a quibusvis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris præfatum Catechismum, seu Doctrinam Christianam juxta decreta Concilii Tridentini in Ecclesiis aut Oratoriis Pueros docentibus, aut eidem dum edocetur intervenientibus hæcenus concessa reperiuntur ad Adultos Urbis Italiæ, & Insularum prædictarum ipsi Catechismo, seu Doctrinæ Christianæ interessentes harum serie Apostolica auctoritate extendimus, & ampliamus.

Explicatio hujusmodi Indulgentiarum.

§. 2. Præterea de Omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consiliis eisdem Adultis, qui vere penitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti ejusmodi pio exercitio devote intervenerint qua vice id egerint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus; qui vero illud assidue frequentaverint, eundem Catechismum, doctrinamve Christianam docentes, vel addicentes ac vere similiter penitentes, & confessi, Sacraque Communione refecti pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, in Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, Paschatis Resurrectionis Dominicæ, necnon Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum festis diebus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Obstantium derogatio.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Prohibitio recipiendi in Provincia Italiæ Ordinis Fratrum SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Religiosos cujusvis Ordinis transitum requirentes, sub pena excommunicationis, & privationis vocis activæ, & passivæ tam contra recipientes, quam receptos ipso facto incurren.

CLVIII.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sollicitudo pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ regimini divina dispositione præfitemur nos urget atque impellit, ut paternam Religiosorum Ordinum Altissimi obsequis mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus aspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium curam gerentes, ea, quæ Ordinibus ipsis noxia esse noscuntur annuere, & illorum professores in salutari vitæ norma, quam amplexi sunt, conservare studeamus.

Procemium.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Aloysius, seu Ludovicus Vasta Præsidentis Provincialis Provinciæ Italiæ Ordinis Fratrum SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod cum per Constitutiones dicti Ordinis lib. primo Cap. 48. §. 14. indispensabiliter prohibeatur ne Religiosi aliorum Ordinum recipiantur, quemadmodum etiam experientia compertum sit, quantum præjudicii nonnullis ejusdem Provinciæ Conventibus Religiosos translatos in eos recipere allatum sit, in Capitulo Provinciali Provinciæ hujusmodi anno 1720. ordinatum decretumque fuit, ne imposterum aliquis Religiosus alterius Ordinis absque consensu totius Definitorii Provinciæ prædictæ ad habitum admitti, & recipi posset.

Per Constitutiones Ordinis veterum Religiosos aliorum Ordinum recipere absque consensu Definitorii Provincialis.

§. 2. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungebat nonnulli Superiores tam Provinciales, quam locales ad instantias, & requisitiones personarum secularium, & ob alias particulares causas proponere, & in eorum Conventus aliquot Religiosos translatos recipere sibi licere existimaverint, ipse vero Josephus Aloysius, seu Ludovicus Præsidentis Provincialis, quo tam sibi, quam aliis futuris Superioribus memorati Ordinis hæc via omnino præcludatur, opportune in præmissis a nobis providere, & ut infra indulgeri summopere desideret.

Quod tamen cum a nonnullis Superioribus non observaretur.

§. 3. Nos igitur Josephi Aloysii, seu Ludovici Præsidentis Provincialis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut de cetero

Specialiter statuitur sub penis prout in Rubrica.

perpetuis

perpetuis futuris temporibus nec ipsi Josepho Aloyfio, seu Ludovico Præsidenti Provinciali, neque alicui alteri Superiori cujuscumque gradus, seu conditionis existat sub quovis pretextu in Capitulo Provinciali, sive Conventuali memorata Provinciæ ullum cujusvis alterius Ordinis Religiosum, etiamsi sit dicti Ordinis Exaltatorum nuncupatorum, proponere, & in eadem Provinciâ, seu in aliquem Conventum sine expresso totius Definitorii Provincialis legitime congregati unanimi in scriptis præfæto consensu sub excommunicationis, ac privationis eorum officiorum, & inhabilitationis ad illa, ac vocis activæ, & passivæ pœnis tam contra recipientes, quam receptos, ipso facto incurrendis recipere ullo modo liceat auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, statuimus, & declaramus.

Sicque in perpetuum servari, ac judicari præcipitur.

§. 4. Decernentes pariter easdem præfætas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibuscvis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præfætos pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 4. Julii 1735. An. V.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Julii 1735. Pont. nostri Anno V.

F. Card. Oliverius.

CLIX.

In Ratiocinatores Cameræ Apostolicæ, assumuntur tres legum periti e Procuratorum Collegio cum aliis ordinationibus pro recta ejusdem Cameræ, ac rerum ad eam spectantium administratione.

CLEMENS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

§. 1. AD circumspæctam Romani Pontificis providentiam pertinet non solum Dominici Gregis sibi divinitus commissi custodiæ, & saluti jugiter invigilare, verum ad rectam quoque administrationem Pontificii Ærarii, unde continua pro tuitione Ecclesiasticæ Ditionis, atque communibus etiam Christianæ Reipublicæ necessitatibus subsidia depromuntur, mentis suæ aciem convertere, ac ex eis, quæ olim per suos Prædecessores in eum finem prudenter quidem præscripta, ac instituta fuerunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & rationabilibus ex causis, quibus præfertim feliciori ejusdem Ærarii dispensationi consulitur, aliqua interdum moderari, & immutare, aliasque in his Apostolicæ suæ sollicitudinis partes interponere, sicut in Domino magis expedire arbitratur.

§. 2. Itaque Nos ab ipsis Pontificatus nostri primordiis serio considerantes, quod jam inde perspectum habueramus, cum in minoribus constituti, Thesaurarii Generalis Cam. Ap. munere perfungebamur, eidem nimirum Cameræ Apostolicæ conducibile, ac proficuum fore, si ad Officia Ratiocinatorum ipsius Cameræ, quæ peritis in Computis, seu Rationibus conficiendis per Romanos Pontifices Prædecessores nostros eatenus conferri consueverant, & novissime a dilectis filiis Joanne Baptista Leonori Joanne Antonio Tartaglia, ac Eustachio Mauri omni ceteroquin fide, & probitate gerebantur, in posterum assumerentur Viri legum scientia præditi, ac in rebus, & controversiis forensibus Romanæ Curie inprimis versati, utpote quibus longe facilius redderetur publica Instrumenta Locationum, Appaltuum, officium, aliorumque Contractuum Cameralium pro tempore, ineundorum, eorumque Capitula, pacta, & conventiones ordinate, & qua par est, perspicuitate ad mentem Contrahentium componere, ac Tabellas, quæ, ut moris est, ipsis Instrumentis adjunguntur, ad rectam, justamque methodum, & œconomix regulam dissonere, necnon documenta, & probationes ad expeditam Litium Cameralium definitionem conferrentia, ex Libris, & Scripturis pœnes eos ratione dictorum Officiorum existentibus desumere, ac ipsis Cameræ Defensoribus subministrare: In quibus præcipua eorundem Ratiocinatorum sollicitudo hæcenus consistere debuit. Ac insuper attendentes per istiusmodi Viros doctrinatos, ac longo negotiorum forensium usu præstantes cumulatus expletum iri, quæ pro salubri Cameræ præfata regimine inferius statuenda, atque injungenda duximus, quin id eis impedimento foret, quo minus minoribus, & subalternis curis eandem Cameram concernentibus etiam vacare, maxime vero Libros Computorum, aliaque rem Rationariam spectantia assueta aliorum Ministrorum opera probe ordinare valerent; Et propterea quod animo conceperamus, diuque mente agitaveramus, pro majori prædictæ Cameræ utilitate, atque commoditate ad effectum perducere, ac perficere volentes, habita prius ea super re cum aliquot Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac præsertim Annibale Albano, Episcopo Sabinen., Cardinale S. Clementis nuncupato, nostro, ac ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario matura deliberatione, auditisque dilectis filiis Magistro Carolo Maria Sacripante moderno Thesaurario Generali, nonnullisque aliis Ministris, & Officialibus ejusdem Cameræ, per Schedulam Motus proprii die XXVII. mensis Aprilis proxime præteriti propria manu nostra signatam, inter alia, memoratos Joannem Baptistam Leonori, Joannem Antonium Tartaglia, & Eustachium Mauri a dictis Officiis Ratiocinatorum Cameræ prædictæ, eorumque exercitio, titulo jubilationis, ut vocant, exemimus, & absolvimus, ac in illorum locum quoad Officia, & exercitium hujusmodi dilectos quoque filios Philippum Bofchetum, Joannem Franciscum Marcum, & Joannem Julianum Rubini e Collegio Procuratorum, seu Patronorum Causarum Palatii nostri Apostolici assumptos, & electos subrogavimus, & deputavimus sub nomine, seu appellatione Superintendentium Computatoris Cameralibus, statuentes, ut his quancumque decedentibus, seu alicui eorum decedenti, alii de eodem Collegio per Nos & Romanos Pontifices Successores nostros similiter eligendi itidem subrogarentur, sicque deinceps perpetuis futuris temporibus servaretur: Ac subinde per aliam similem Schedulam Motus proprii die 13. currentis mensis Julii manu quoque nostra signatam

Magis proficuum Cameræ Apostolicæ fore ducens ut ejus computa per Legum peritos administrantur;

Motu proprio emeritos declarans praesentes ratiocinatores, tres Curiales e Collegio Procuratorum ad id munus exercendum deputat.

tam congrua emolumenta singulis tam Ratiocinatoribus ut supra absolutis, & jubilatis, quam Superintendentibus praedictis respective constituimus, & assignavimus, & alias, prout uberius continetur in utraque nostra Schedula Motus proprii praefata, tenoris, qui sequitur; Prima videlicet.

§. 3. CLEMENS PP. XII. Motu proprio &c. Avendo Noi riconosciuto anche per esperienza avuta in tempo, che eravamo Tesoriere, che sarebbe di molto vantaggio per la nostra Camera; se le tre Computisterie della medesima fossero esercitate da Persone della sfera legale, le quali potrebbero con maggior facilità concepire al suo lume, e colla dovuta chiarezza degli Istromenti di Appalti, Affitti, & altri Contratti, e rispettivamente i Capitoli di detti Istromenti, come anche somministrare nelle Congregazioni Camerali, e de i Conti quei motivi di fatto, e di ragione tanto in scritto, che in voce, che possono conferire alle risoluzioni delle controversie, & altri affari Camerali, che in quelle s'esaminano per Giustizia, nel che consiste una delle primarie incombenze di chi esercita le dette Computisterie; E considerando ancora, che li tre odierni Computisti Gianbattista Leonori, Gianantonio Tartaglia, ed Eustachio Mauri, avendo esercitate con sommo onore, diligenza, e fedeltà le loro Cariche, sono ormai in età, che merita la nostra indulgenza per igravarli dell' incomodi, e fatiche, che porta seco il loro ministero; Abbiamo perciò determinato di giubilare ciascuno di essi, & in loro vece, e luogo surrogare fin d' adesso altre tre Persone da scegliersi da Noi nel Collegio de Procuratori delle Cause del nostro Palazzo Apostolico, e dimostrare in tal congiuntura la stima, che abbiamo della nostra Curia Romana, e di esso Collegio, in cui sogliono ascrivarsi i Soggetti più qualificati di detta Curia. Quindi è per tanto, che di nostro Moto proprio, certa scienza, e deliberazione, e pienezza di nostra volontà, e Potestà, avendo qui per espresso, e di parola in parola inserito il tenore di qualunque Bolla, Costituzione, Moto proprio, Chirografo, o altra qualsivoglia disposizione sì nostra, che de nostri Predecessori, nelle quali si parli, o disponga delle dette Computisterie della nostra Camera, e de Soggetti da destinarsi all' esercizio delle medesime, ed ogni altra cosa necessaria, ed opportuna, che ricercasse speciale, ed individua menzione, come anche de Brevi, o altre disposizioni tanto nostre, che di Benedetto XIII. di san. mem. nostro Predecessore concernenti le Coadjutorie fatte ad Antonio Durani Computista del nostro Palazzo Apostolico, ed a Gaetano Carviani Computista delle Dogane Generali con la futura successione alle prime vacanze di Computisterie Camerali, le quali Coadjutorie con il presente revocchiamo affatto, & annulliamo, e vogliamo, che siano di niuna forza, e valore, come se non fossero ottenute, ordiniamo, e vogliamo, che li sudetti tre odierni Computisti Gianbattista Leonori, Gianantonio Tartaglia, ed Eustachio Mauri fin da ora restino, e s'intendano giubilati, con la riserva però di quelli emolumenti, che da Noi si esprimerà in altro nostro Moto proprio, e nel modo, e forma, che in esso si dirà, e in luogo de medesimi, e di ciascheduno di loro ammetteremo, e surrogiamo fin d' adesso all' esercizio, e soprintendenza delle tre Computisterie della nostra Camera i tre seguenti Soggetti, che da Noi per tale effetto si scelgono dal sudetto Collegio de Procuratori delle Cause del nostro Palazzo Apostolico, cioè Filippo Boschetti, Gianfrancesco Marcus, e Giangiuliano Rubini con il titolo di Soprintendenti alle medesime Computisterie, e con tutti, e singoli pesi, ed incombenze annesse a dette Computisterie, e specialmente di ritenere i Ministri soliti, e necessari per regolare con tutto il miglior ordine, ed esattezza il Libro Maestro, siccome gl' altri Libri, e Scritture, che riguardano l' Azienda della nostra Camera, e rispettivamente con tutti, e singoli onori, emolumenti, certi, & incerti, regalie, e

prerogative, e preeminenze da conseguirsi tanto per ora, e durante la detta Giubilazione, quanto dopo la mancanza de Giubilati nel modo, e forma, che si dirà nell' altro Moto proprio di sopra mentovato; e in mancanza de Sudetti da Noi nominati, e scelti, e di ciascheduno di loro, vogliamo, che in avvenire sempre, ed in perpetuo si debbano surrogare in luogo de mancanti altri simili Soggetti, da scegliersi da Noi, e da nostri Successori rispettivamente nel predetto Collegio di Procuratori delle Cause del nostro Palazzo Apostolico, essendo questa la precisa, e deliberata volontà diretta al beneficio, e vantaggio della nostra Camera, come sopra ci siamo espressi; Volendo, e decretando, che questo nostro Moto proprio debba avere il suo pieno, e totale effetto, ne possa in alcun tempo da veruno impagnarsi sotto qualunque pretesto, ed eccezione, ne pure per motivo, che non vi siano state udite le Persone sopranominate, o altre, che vi avessero, o potessero avere interesse, e debba in tutto, e per tutto eseguirsi ciò, che in esso abbiamo ordinato con sola nostra sottoscrizione, benchè non s'ammetta in Camera, nè si registri ne suoi Libri, non ostante la Bolla di Pio IV. nostro Predecessore de registrandis, e quali si siano altre Costituzioni, ed ordinazioni Apostoliche, usi, stili, consuetudini, detti Brevi, o altro come sopra concernente dette Coadjutorie con la futura successione alle prime Computisterie vacanti a favore de predetti Antonio Durani, e Gaetano Carviani, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendo qui, come sopra abbiamo detto, il tenore per espresso, per questa volta, & al fine sudetto deroghiamo. Proibendo l' opporre di disetto di sorrezione, ed orrezione, come anche togliendo la facilità di giudicare, ed interpretare in contrario a tutti li Giudici, Tribunali anche della nostra Camera, e Congregazioni ancora de Cardinali, dichiarando perpetuamente irrito, inane, & attentato tutto quello si facesse in opposito, essendo così mente, e volontà nostra espressa. Dato dal nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 27. Aprile mille settecento trentacinque -- CLEMENS PP. XII. --

§. 4. Alterius vero -- CLEMENS PAPA XII. Motu proprio &c. Avendo Noi con altra nostra Cedola di Moto proprio del dì 27. Aprile prossimo passato originalmente esibita per gl' atti del Coni uno de' Secretarij della nostra Camera giubilato per le cause, ed effetti in quella espressi li tre Computisti di essa Camera, cioè Gianbattista Leonori, Gianantonio Tartaglia, ed Eustachio Mauri, ed in loro luogo surrogato con il titolo di Soprintendenti Filippo Boschetti, Gianfrancesco Marcus, e Giangiuliano Rubini del Collegio de Procuratori delle Cause del nostro Palazzo Apostolico; E volendo ora in seguito di detta nostra Cedola prendere ulteriori provisioni per regolamento delle medesime Computisterie, e stabilire il congruo assegnamento sì agl' uni, che agl' altri, come anche a loro Sostituti, e Giovani nel modo, come appresso. Per tanto colla presente nostra Cedola di Moto proprio, nella quale abbiamo per espresso il tenore dell' altra, da Noi come sopra segnata, ed ogni altra cosa quantosivoglia necessaria d' esprimersi, di nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra suprema Potestà, assegnamo a sudetti tre giubilati Computisti, ed a ciascheduno di essi dal primo di Maggio prossimo passato, finchè naturalmente viveranno, per loro provisione annui scudi ottocento moneta da pagarsi de' danari della nostra Camera, con ordini di Monsig. Tesoriere Generale diretti al Depositario della medesima di mese in mese la rata parte, oltre le Medaglie d'oro, e d'argento nella Festività de' Santi Apostoli Pietro, e Paolo, e le solite franchigie da essi anche godute per lo passato; Rispetto poi a detti tre Soprintendenti, vogliamo, che siano, e debbano esser fra' medesimi non meno eguali

Singulis emeritis, novisque ratiocinatoribus emolumenta assignat.

l'incombenze,

l'incombenze, che gli emolumenti, e che per ridurre le dette tre Computisterie a detta uguaglianza, debba esso Monsig. Tesoriere con la sua solita esattezza, e possibile celerità fare il ripartimento dell'Appalti, ed altri interessi Camerali a tenore del quale dovrà ciascuno di d. Sovrintendenti soddisfare puntualmente all'incombenze assegnateli, a quali, ed a ciascuno di essi per loro provizione, affinché debbano con tutta diligenza, ed esattezza unicamente applicare alle medesime, oltre la parte di pane, vino, e companatici del nostro Palazzo Apostolico, Medaglie d'oro, e d'argento nella sudetta Festività de SS. Apostoli Pietro, e Paolo, Franchigie solite godersi, e provizione di carta, penne, inchiostro, ed altro occorrente per servizio di dette Computisterie assegnamo per ora dal detto dì primo Maggio scudi cento per ciascuno il mese da pagarsi come sopra de denari di detta nostra Camera, senza la medesima sia tenuta al pagamento di alcuna pigione, e per reintegroamento di d. nostra Camera per li sudetti assegnamenti, e per le solite provizioni, che dovrà la medesima pagare a Sostituti, e Giovani addetti al servizio di dette Computisterie da notarsi in conto a parte, vogliamo, che debbano spettare ad essa nostra Camera tutti, e singoli emolumenti, regaglie, ed altro in qualsivoglia modo solito ritrarsi da sudetti Computisti giubilati, l'importo de quali ordiniamo, che debba in avvenire interamente depositarsi nella Depositaria Generale di essa nostra Camera, e porsi in conto a parte, per doverse poi, reintegrata, che sarà la medesima di tutte le somme pagate per li sudetti assegnamenti, e provizioni, fare la distribuzione, secondo gl'ordini, che da Noi, e nostri Successori saranno dati al d. Monsig. Tesoriere. In caso poi di morte di alcuno de sudetti Giubilati vogliamo, che debba subito cessare l'emolumento assegnatoli, e quello a beneficio commune de nuovi eletti ripartirsi egualmente fra di loro, detratta prima però la somma, di cui la nostra Camera dovrà essere reintegrata per quello potesse essere in disborso per il pagato di più, tanto alli Giubilati, che alli nuovi Eletti, loro Sostituti, e Giovani, al quale effetto abbiamo, come sopra, ordinato, che di detti emolumenti debba tenersene conto a parte, in maniera, che cessata la giubilazione, tutto quello, che si trovarà depositato, e si depositarà successivamente in ciaschedun anno in d. conto a parte per titolo de sudetti emolumenti, regaglie, ed altro, dovrà dopo seguita la sudetta effettiva, ed intera reintegrazione, spettare, e consegnarsi interamente dalli sudetti Sovrintendenti in fine dell'anno per equal porzione. E perchè li Sostituti, e Giovani di d. tre Computisterie, oltre la provizione, che erano soliti di avere, conseguivano anch'essi diversi altri emolumenti, e regaglie distintamente da quelle, che si esiggevano da d. Giubilati, vogliamo ora, ed ordiniamo, che anche l'importo di queste assieme unito debba interamente depositarsi nella sudetta Depositaria in conto a parte, e tutto assieme unito, e considerato, e servata la debita proporzione, ripartirsi da d. Monsig. Tesoriere, e poi ad arbitrio di d. Sovrintendenti distribuirsi fra li medesimi Sostituti, e Giovani di tutte le sudette Computisterie, e rispettivamente pagarceli, oltre la d. loro provizione di quadrimestre in quadrimestre con ordine di detto Monsig. Tesoriere, al quale diamo, e concediamo tutte le facultà necessarie di poter prendere tutt'altre provizioni, che egli per l'esecuzione della presente nostra Cedola stimarà più proprie, ed espedienti, essendo così mente, e volontà nostra espressa. Volendo, e decretando, che la presente nostra Cedola di Moto proprio, benchè non ammessa, nè registrata in Camera a tenore della Bolla di Pio IV. nostro Predecessore de registrandis, vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la nostra semplice sottoscrizione, e che non gli si possa mai opporre di forzazione, orrezione, ne d'alcun altro vizio, o difetto della nostra volontà ed intenzione; Ma che così debba sempre dichiararsi, diffinirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia Giudice, Rmo Cardinal Camerlengo, del d. Monsig. Tesoriere, dal Tribunale della nostra Camera, e da

qualsivoglia altro Tribunale, benchè Collegiale, dichiarando nullo, ed invalido tutto ciò, che si facesse, o si tentasse di fare in contrario, ancorchè non siano stati chiamati, citati, ne sentiti Monsig. Commissario della nostra Camera, li sudetti Computisti giubilati, e nuovi Eletti, e qualunque altro, che v'avesse, o potesse avere in qualsivoglia modo interesse, non ostante la sudetta Bolla de registrandis, e l'altra del medesimo sopra la riforma del Tribunale della nostra Camera, e quelle di Paolo II., Paolo IV., e del d. Pio IV. de rebus Ecclesie, & Camera non alienandis, ed in quello facci di bisogno, l'antidetta nostra Cedola di Moto proprio, come sopra, da Noi segnata, la Regola della nostra Cancelleria de Jure quizito non tollendo, e qualsivoglia altre Costituzioni, ed Ordinanze Apostoliche, Brevi, Moti proprj, e Chirografi, Istrumenti d'Appalti confermati, ed approvati da Noi, e da nostri Predecessori e specialmente li Brevi, e Moti proprj delle deputazioni in Computisteria delli sudetti Leonori, Tartaglia, e Mauri, quantunque fatte durante la loro Vita naturale, ed ogn'altro Breve, Moto proprio, Chirografo, o altra disposizione, in cui sian concedute le Coadjutorie con la futura successione alle prime Computisterie vacanti a favore delle Persone nominate nel precedente nostro Moto proprio, e di qualsivoglia altra Persona, che con qualunque specialità l'avesse ottenuto da Noi, o da nostri Predecessori, e che meritasse d'essere individualmente nominato, Leggi, Statuti, Riforme, Usi, Stili, e Consuetudini, ed ogni, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il loro tenore qui per espresso; e di parola in parola inserito, per questa volta sola, all'effetto sudetto pienamente deroghiamo. Dato dal nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 13. Luglio 1735. - CLEMENS PP. XII.

§. 5. Nunc autem Nos firmiori præmissorum robori, & efficacia peramplius prospicere cupientes, motu, & deliberatione paribus, ac ex certa scientia nostra, deque Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, binas schedulas nostras præinsertas, ac omnia, & singula in eis, earumve qualibet quovis modo contenta, & expressa, indeque secuta, & secutura quacumque confirmamus, & approbamus, ac rata, & grata habemus, illisque, omnibus, & singulis perennis, & inviolabilis, ac irrefragabilis Apostolicæ firmitatis vim, validitatem, atque stabilitatem adjicimus, ac quoscumque tam juris, quam facti, ac solemnitatum quarumlibet etiam quantumvis formales, & substantiales defectus, si qui in præmissis, vel eorum aliquo quandocumque intervenerint, seu intervenisse dici, censerit, prætendi, vel intelligi unquam possent, etiam si de illis, ad hoc ut sanari valerent, specifica mentio facienda esset, plenissime, & amplissime supplemus, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, removemus, & abolemus.

§. 6. Utque Camera nostra prædicta propositum, optatumque finem consequatur, ac quæ exinde expectantur commoda re ipsa sentiat, minerint Superintendentes sic deputati, ac pro tempore deputandi, quod omne eorum studium, ac curam eo jugiter conferre, & intendere debeant, ut quibuscumque detrimentis, damnis, & præjudiciis, quæ eidem Camera quoquo modo, & undecumque obvenire, seu inferri, & intentari possent, sedulo occurrant.

§. 7. Quo vero ipsis Superintendentibus mens, & intentio nostra, & quæ sibi facienda, & præstanda fuerint, plenius innosceant, tum pro ea, quam rerum Cameralium habemus, cognitione, ac experientia, tum ex provida dicti Magistri Caroli Mariæ Thesaurarii Generalis opus hoc strenue promoventis insinuatione, quæ mox subjiciuntur, specialiter illis, aliisque dictæ Camera Ministris, & Officialibus præcipere, ac indicare opportunum existimavimus.

In præinsertis contenta perpetuo servari præcipit.

Novorum Ratiocinatorum munus quale esse debeat.

Ab eis itaque ceterisque Cam. Ap. Officialibus quæ prægenda sunt declarat.

1735.
Ratiocinato-
res debent
bona quæ-
cumque ejus-
dem descri-
bere in pecu-
liari Libro.

§. 8. Postquam igitur confecta fuerit per eun-
dem Magistrum Carolum Mariam Theſaurarium
Generalem æqualis illa diviſio, ſeu partiſio Ap-
paltuum, & Afficuum Cameralium, quam in
altera ex præſentis Schedulis noſtris Motus pro-
prij demandavimus, Superintendentes prædicti,
ultra descriptionem genericam in Libro majore
ejuſdem Camera pro dimetienda totius Patrimo-
nii extantis quantitate faciendam, alteram ad-
dant descriptionem omnium bonorum, rerum,
ac jurium dictæ Camera in peculiarem Librum
ad id deſtinandum referendam, ad evitandam
quæcumque eorum diſperſionem, utque per-
petuæ conſervationi ipſius Patrimonii magis cau-
tum ſit; in quo quidem peculiari Libro dictorum
bonorum qualitates, quantitates, fines, ac de-
pendentiæ, reſque, & jura præſata ſigillatim ſpe-
cificentur, & ſi fieri poteſt, eorundem bonorum
meſuræ, annuique redditus recenſeantur, ita ut
ſi quid quoad bona, redditus, reſ, & jura præ-
dicta immutatam, ſeu variatam deprehendatur,
unde id evenerit, dignoſci, congruumque reme-
dium adhiberi poſſit.

In eoque ad-
notare om-
nes eorum-
dem varia-
tiones.

§. 9. Et quia mutationes, ſeu variationes cir-
ca bona, redditus, reſ, & jura ejuſmodi in-
poſſerim provenire forſan poterunt, vel ex novis
contractibus ineundis, vel ex ſententiis, ac de-
cretis, quæ a Tribunalibus, aut Judicibus Ordini-
nariis, & Delegatis Almæ Urbis noſtræ deſuper
proferri contigerit, iidem Superintendentes in
dicto peculiari Libro diligenter adnotent omnes,
& ſingulas mutationes, ſeu variationes, ſi quæ
pro tempore quæcumque ex dictis contracti-
bus, vel ſententiis, ac decretis, aut aliunde, &
ex quavis alia cauſa, & occasione proceſſerint;
Mandantes quoque pro majore, & uberiore cau-
tela dilectis etiam filiis modernis, ac pro tem-
pore ſimiliter exiſtentibus Camera præſate No-
tariis, ſeu Secretariis, quatenus ſingulorum con-
tractuum, ac ſententiarum, & decretorum, quæ
per eorum Acta reſpective celebrata, lata, & pu-
blicata fuerint, ſtatim diſtinctam, claram, & fide-
lem notulam tradant illi ex Superintendentibus
præſatis, cujus curæ commiſſa fuerint bona, reſ,
& jura dictæ Camera, quæ iſtiusmodi contractus,
ac ſententiæ, & decreta reſpiciunt; Simulque
de iis certiores reddant pro tempore exiſtente
ipſius Camera Commiſſarium Generalem, cujus
ſit inſtigare, & recognoſcere per ſe, vel alios,
an iidem Superintendentes Officio ſuo hac in parte
ſatiſfecerint. Quibus per dictos Superintenden-
tes, Notarios, ſeu Secretarios, & Commiſſarium
Generalem præſatis, facile quidem erit in caſu
moſtiarum in promptu habere ea, quæ ad ejuſ-
dem Camera, illiuſque jurium, rerum, & bono-
rum deſenſionem, ac tuitionem qualibet occa-
ſione pertinere poſſunt.

Pacta affi-
cium, Loca-
tionum,
&c. corrigere,
& reformare.

§. 10. Ipſorum quoque Superintendentium
aſſidua opera verſari debeat in corrigendis, ac
reformandis Capitulis, ſeu pactis, & conditioni-
bus Locationum, Afficuum, & Appaltuum Ca-
meralium præſatorum, & Tabellis eis annecti ſol-
litis, quæ ſic correctæ, & reformata, atque ad de-
bitam perſpicuitatem, & coherentiam redacta,
mutuo inter eos conſilio expendere, ac ſcrutari
teneantur, ne aliquando contingat, ut Capitula
unius Appaltus tamen inter ſe coherentia, &
clara, aliquid tamen contrarium aliis Appalti-
bus præſerant, ex quo dicta Camera reſeſtionis
damnorum, quas *Reſtawi* vocant, aliæque quæ-
ſiones, vel cum uno, vel cum altero Conducto-
re, ſeu Appaltatore ſubire cogatur, ſicut pluries
antea accidiffe nobis relatum fuit; eaque poſt-
modum ſubiiciant examini eorundem Theſaura-
rii, & Commiſſarii Generalium pro tempore exiſ-
tentium, atque ubi ab his reſiſa, & approbata
fuerint, tunc demum exhibeant in Actis alicujus
ex ſupradictis Notariis, ſeu Secretariis: Idque
ſiat octo menſibus, antequam novæ oblationes

recipiantur, ad hoc ut pro futuris locationibus
interim perſpecta, ac explorata ſint Oblatoribus
Capitula, pacta, & conventiones, quibus reſ lo-
candas conducere poterunt, vix unquam vel in
minimo moderanda, aut quoquo modo varian-
da, & mutanda, intra quorum proinde limites
ſuas oblationes perſtringere debeant, ſcituri ex
nunc pro tunc, & e contra, quod Camera præſata
ad eorundem Capitulorum, paſtorum, & con-
ventionum tramites, ac normam novas locatio-
nes erit initura.

§. 11. Cumque etiam poſt correctionem, &
reformationem Capitulorum, & Tabellarum hu-
juſmodi, atque initos juxta eorum tenorem no-
vos Contractus; aliqua ſuper præmiſſis ab una,
alterave Parte in Congregatione Computorum
nuncupata, difficultas, quæ humana ſolertia præ-
videri nequiverat, moveri, novaque inde litium
occaſio emergere poſſet, unusquiſque ex dictis
Superintendentibus in Codice pro Appaltibus ſuæ
Curæ commiſſis ſeorſum retinendo; diligenter ad-
notet, ac referat quaſcumque quaſtiones, ac dif-
ficultates, quæ ſuper ſingulis Appaltibus in præſata
Congregatione Computorum, vel alibi pro
tempore excitatæ, atque diſcuſſæ fuerint, ut in
ſucceſſivis renovationibus Contractuum eas præ-
oculis habeant, & ad novam, ſi opus fuerit, ip-
ſorum Capitulorum, & Tabellarum emendatio-
nem, & reformationem devenire valeant, ſicque
omniſaditus præcludatur litibus, & controverſiis,
quæ ex pactis, & conventionibus, vel inter ſe
pugnantibus, vel obſcurioribus, nec ſatis clare
explicitis, non raro antehac cum gravi ejuſdem Ca-
meræ, & Appaltatorum incommodo, cui omni-
no obviare intendimus, exurgere conſueverunt.

Singulaſque
difficultates
ſubinde ex-
ortas adno-
te.

§. 12. Ad hæc, quo nomina Debitorum ipſius
Camera nunc, & pro tempore exiſtentium, citius,
quam fieri poteſt, diſcutiantur, exigantur, debi-
taque pecunia ad ejus Depoſitarium Generalem
perveniat, Superintendentes præſati quolibet tri-
meſtri geminos Judices nomina eorum Debito-
rum, quibus tempus ſolutionis vel jam ceſſit, vel
prope inflat, diſtincte, ac fideliter continentes,
ipſi Theſaurario Generali deferant, quorum unum
Nobis, ſeu Romano Pontifici pro tempore exiſ-
tenti exhibebit, & alterum penes ſe retinebit, ac
juxta noſtram, ſeu dicti Romani Pontificis men-
tem & voluntatem ab eodem Theſaurario Gene-
rali eis explicandam, & ſignificandam, conſimi-
lem, aliæque notam poſtmodum conſignent Sol-
licitatoribus Camera præſate, qui ad exactiorem
nominum prædictorum invigilare debebunt, atque
de trimreſtri in trimreſtre de nominibus exactis ra-
tionem reddent, eorum vero, quæ exigenda re-
manebunt, notulam tradent dicto Commiſſario
Generali, ut omnibus opportunis Juris viis, &
rationibus Debitorum hujusmodi moroſitas coer-
ceatur tam in urgenda reali ſolutione, quam etiam
in procuranda ſecuritate ejuſdem Camera pro re-
ſiduali, ſi quod ſuperſit, ejus Credito.

Quolibet
trimreſtri
Notulam De-
bitorum Ca-
meræ con-
ficere, & Sol-
licitatoribus
tradere.

§. 13. Et ad hoc ut ſinguli Superintendentes,
ceterique Camera Miniſtri, & Officiales præſati
munus ſuum eo diligentius exequi ſtudeant, vo-
lumus, & ordinamus, ut qualibet prima feria
tertia cujuſvis menſis abſque ulla prævia intima-
tione habeatur quatuor horis ante meridiem co-
ram eodem Theſaurario Generali Congregatio,
quæ *reſidualium* nuncupetur, in qua dicti Superin-
tendentes, ac Miniſtri, & Officiales una congre-
gati, propoſitis omnium Debitorum nominibus,
alteroque ex dictis Indicibus Superintendentes
allato rite perpendant, quid ſolutum, ac reſiduum
fuerit, quidque quæcumque ratione diſpungend-
um, & quomodo circa reſidualia Credita provi-
dendum veniat, ut ſcilicet maturiora, expedi-
tioraque inveniri, ac ferri poſſint remedia, qui-
bus ejuſdem Camera indemnitati, ac ſecuritati
optime conſultum ſit. Qua quidem jure dictos
Superintendentes adeo ſolicitos eſſe præcipimus,

Congrega-
tioni Reli-
duorum in-
tereſſe.

Librum Majorem Rationum recte disponere ad hoc ut quolibet anno dati, & accepti ratio institui possit.

ut in Congregatione infra memoranda mense Septembri cujuslibet anni cogenda integrum, ac generalem statum omnium totius anni residuorum Creditorum ipsius Camerae referre valeant.

§. 14. Sedulo quoque curent iidem superintendentes, ut supradictus Liber major rationum ab altero eorum per ipsum Thesaurarium Generalem deputando pro tempore retinendus, in quo recepta, & expensa per totum annum continentur, recte conficiatur, & sub finem cujuslibet anni ad generalem Computorum æquationem, & solidationem perducatur, necnon collatis invicem consiliis in id incumbant, ut generale computum, seu, ut ajunt, Bilancium anni precedentis efformetur, ex quo liquido, ac strictim appareat unumquodque caput, sive parita omnium receptorum, & expensorum, cum specifica mentione Titulorum, & Causarum, unde prodierint, quos, & quas dicti superintendentes ita persequi, ac rimari teneantur, ut de iis una cum toto statu Economico Introitus, & Exitus tam scripturæ, quam capæ, & cum collatione, seu comparatione unius anni cum alio precedente in generali Congregatione Camerali, quam citra ullam pariter intimacionem quolibet anno ante Ferias generales, penultima nempe feria tertia mensis Septembris quatuor pariter horis ante meridiem haberi, & ad formam, & præscriptum jusdam ordinationis in Libris decretorum ipsius Congregationis Cameralis registranda celebrari omnino etiam volumus, universam rationem instituire, ac perficere queant, quam Nobis, ac Romanis Pontificibus Successoribus præfatis per eundem Thesaurarium Generalem scripto protinus deferri præcipimus, & mandamus, ut totam Patrimonii, ac Ararii Pontificii administrationem explanatam, ac compendiose, & luculenter descriptam inspicere, & si qui fuerint excessus in annuo exitu, animadvertente, cunctamque rem Economicam prudenti dispensatione, ac æquo pondere, & mensura moderari valeamus, dictique Successores nostri valeant. In qua Congregatione præcipimus quoque integrum, ac generalem statum omnium totius anni residuorum Creditorum Camerae præfatae referri, geminoque illius Judices ipsi Thesaurario Generali tradi, quorum unum Nobis, seu dicto Pontifici exhibeat, & alterum apud se retineat, sicuti quoad alios similes Judices residuorum Creditorum præfatorum quolibet trimestri faciendos supra disposuimus.

§. 15. Quandoquidem ex annalis Administrationis computo, sicut præmittitur, peracto facile resciri poterit initio cujusvis Pontificatus, qui fuerit antea regimini status æconomicus; Quamobrem statim ac Rom. Pont. pro tempore existens diem obierit extremum, dicti superintendentes ipsum Librum Majorem omnino claudant, nihilque in eum amplius referant, ac novum pro futuro Pontificatu similem Librum parent, ac disponant. Item præfati superintendentes de totius præcedentis Pontificatus æconomia fidele conficiant computum, seu bilancium, ex quo status Camerae præfatae, ac omnis in dicto Pontificatu administratio tam quoad exitum, quam quoad introitum, eorumque causas tum ordinarias, tum extraordinarias manifeste pateat, dictoque computo, seu bilancio illud etiam dati; & accepti tempore, quo Sedes Apostolica vacaverit, & Conclavis separatum addant; dictum vero computum, seu bilancium novo Pontifici infra duos menses a die suæ creationis computandos per eundem Thesaurarium Generalem pariter exhibeatur, ut annuus proventus, & exitus, ac denique universus Camerae præfatae status ei dilucide innoscat: Unde futurum arbitramur, ut Pontifices noviter assumpti superiorum temporum administratione præ oculis habita, necessaria, & salubriosa inire possint consilia, quibus Apostolicum Ararium bene, diligenterque regatur, ac procuretur.

§. 16. Speramus itidem non modo eosdem superintendentes, verum etiam ceteros omnes, & singulos Ministros, & Officiales dictæ Camerae, ad quos disposita in præsentis Constitutione respective spectant, omni sedulitate, atque ex animi nostri sententia officii sui partes expleturos; eos insuper monentes: quod si in actuali muneris sui exercitio aliquid deprehenderit, quod juxta rem, ac temporum vicissitudines Nobis, vel Successoribus nostris novarum legum, & ordinationum, seu antiquarum explicationis, & declarationis causam, & occasionem pro meliori, feliciorique dicti Ararii regimine, merito præbere possit, illud nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti libere, & aperte renunciare, ac suggerere haud prætermittant.

§. 17. Demum, ut hæc nostra Constitutio, & in ea disposita perpetuis futuris temporibus exactius serventur, illorumque memoria e mentibus omnium, & singulorum, quos quomodolibet concernunt, nunquam excidat, statuimus, ut initio supradictæ Congregationis Generalis mense Septembri cujuslibet anni, sicut præmittitur, habenda, eadem Constitutio palam, & distincte ibidem recitetur, ac primum omnium districte inquiretur, num omnes, & singuli prædicti munus suum, ac præsertim in ipsa Constitutione præscripta per totius anni, de quo pro tempore agetur, decursum usquequaque, ac rite adimpleverint.

§. 18. Decernentes ipsas præsentis literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod prædicti Ratiocinatores ut supra absoluti, & jubilati, ac qui ad Officia eorundem Ratiocinatorum expectativæ, ac futuræ Successionis, aliasve gratias obtinuerant, ut præfertur, aliive quilibet cujuscumque gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis, ac quibusvis Privilegiis, & Indultis suffulti, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni in præmissis, seu eorum aliquo jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocari, citari, & audiri, nec causæ, propter quas præsentis emanarunt, sufficienter adductæ, specificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, ac etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ac etiam intentionis nostræ, & interesse habentium consensus, aliive quolibet etiam quantumvis magno, formali, essentiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, limitari, retractari, rescindi, aut in controverfiam vocari, seu ad viam, & terminos Juris reduci, aut adversus illa aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quemquam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed easdem præsentis literas, omniaque, & singula in eis contenta hujusmodi adversus quascumque impugnationes, & impedimenta semper, & omni tempore valida, firma, & efficacia existere, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere in omnibus, & per omnia, perinde ac si vocatis vocandis, ac de præfatorum, aliorumque omnium, & singulorum jus, & interesse habentium, & prætendentium expresso consensu facta fuissent, & emanassent, ac proinde ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, ac inconcusse observari, & adimpleri: sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam supradictarum Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, nec

Singuli Camerae Officiales monentur ad suggerendum ea Pontificibus, quæ ejusdem Camerae rei proficere possent.

Quolibet anno perquirendum, an unusquisque muneris suo satisfecerit.

Præsentis Constitutionis observantia, & firmitas.

Quilibet novo Pontifici Bilancium expensarum præteriti regiminis tradere.

non Vice-Camerarium: Thesaurarium Generalem, Præsidentes Clericos, Commissarium, ceterosque dictæ Camerae, & Sedis Apostolicæ Officiales, & Ministros, aliosve quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Camerarius S. R. E. ejusdem perpetuus Executor.

§. 19. Quo circa eidem Venerabili Fratri nostro Annibali Albano Episcopo Sabinensi Cardinali S. Clementis, moderno, ac pro tempore existenti nostro, ac ipsius S. R. E. Camerario motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus præsentibus literas, & in eis contenta tam in dicta Camera, quam extra eam, ubi, quando, & quoties opus fuerit, solemniter publicari, ac per omnes, quos illa concernunt, exacte observari, ac debite executioni demandari curet, & faciat, ac universos prædictos ad illorum observationem cum effectu cogat, & compellat, contradictores quoslibet, ac inobedientes, & rebelles, seu non parentes auctoritate nostra appellatione postposita compescendo; Nobis ulterius, ac eidem Pontifici pro tempore existenti facultatem expresse reservantes in ejusmodi delinquentes, ac etiam eos, qui in præmissis peragendis negligentes, segniorve fuerint, seu alias quoquo modo defecerint, pro modo culpæ, ac negligentia, nostro, dictique Pontificis arbitrio animadvertendi.

Obstantibus derogat.

§. 20. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, necnon fel. rec. Pii PP. IV. Prædecessoris nostri, quæ incipit -- *Cum inter ceteras* -- super reformatione Tribunalis Camerae prædictæ, ejusque Officialium edita in iis, quæ præsentibus literis nostris adversantur, salva, ac firma remanente in ceteris omnibus illius dispositione, & altera ejusdem Pii Prædecessoris de gratis qualecumque interesse Camerae præfatæ concernentibus in ipsa Camera intra certum inibi expressum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentibus literis ibidem præsentari, & registrari nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictæque Camerae, & quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quolibet firmitate roboratis, statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis etiam prædictis, & aliis personis etiam specialem mentionem requirentibus sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & alias quomodolibet, etiam concistorialiter in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, ac quantiscumque vicibus approbatis, & innovatis, ac illis etiam, quæ in schedulis nostris præinsertis volumus non obstare. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones, præsentibus pro plene, & sufficienter, & exactissime expressis, insertis, servatis, specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac plenissime pariter, & amplissime derogamus, & derogatum esse volu-

mus, & mandamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 21. Ceterum volumus quoque, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ manitis, eadem profus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostense.

Transumptis credi jubet.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrorum approbationis, confirmationis, mandatorum, præceptorum, decretorum, ordinationum, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Prohibito eam infringendi.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo quinto, pridie Idus Julii, Pont. nostri Anno V.

Dat. die 14. Julii 1735. An. V.

A. Card. Prodaturus.
F. Card. Oliverius.

V I S A

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.
Loco ✕ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo trigesimo quinto, die vero 15. mensis Julii, Indictione decima tertia, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XII. anno quinto, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curia generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Antonium Pellicia Apostolicum Curf.

Nicolaus Cappelli Magister Curf.

Bona Ecclesiarum jamdiu ab Hæreticis occupata in Palatinatu inferiore, & Ducatu Neoburgensi iis condonantur Possessoribus, qui ad fidem Catholicam convertuntur.

CLX.

Non absimilem concessionem factam pro Ducatu Saxonie legere est supra Tom. antecedenti Constit. LXVII. pag. 233.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter multiplices, gravissimasque Apostolatus curas, quibus assidue detinemur in eam potissimum incumbimus, ut extirpatis hæresum vepribus Catholica Fides ubique gentium floreat, ac colatur, ovesque diabolica fraude seductæ, & per devia misere errantes, agnita tandem veritate ad gregem Dominicum reducantur, piisque Orthodoxorum Principum de Ecclesia Dei optime meritorem in id ipsum laudabiliter tendentibus votis quantum cum Domino possumus, libentissime annuimus.

Proœcium.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus Filius nobilis vir Carolus Comes Palatinus Rheni S. R. Imperii Princeps Elector Heydelbergenfis nobis nuper exponi fecit, tametsi diversa bona Ecclesiastica in Palatinatu inferiore, ac Ducatu Neoburgensi temporali suæ ditioni subjeçis consistentia, quæ olim dum Hæresis in illis, finitimisque Regionibus canctâ misceret, ac turbaret per A catholicos oc-

Carolus Comes Palatinus pravi-dens plerofque A catholicorum qui occupata jamdiu Ecclesiarum bona detinent, a Ca-

cupata

1735.

tholica Fide
fulcipienda
exterreri
posse, si ad
ea restituenda
compel-
lerentur.

cupata fuerant, progressu temporis benedicente Domino, recuperata, seu alias vindicata fuerint, dictique Caroli Principis Electoris majores, seu Progenitores Duces Neoburgenses postmodum a Sede Apostolica ac præsertim felicis rec. Alexandro PP. VII. Prædecessore nostro de aliquibus bonis sic recuperatis quasdam pias fundaciones, & applicationes, aliasque dispositiones, fieri, seu approbari, nec non tam illi, quam etiam ipse Carolus Princeps Elector, nonnullorum aliorum bonorum præfatorum administrationem, quæ etiam ad præsens durat, sibi per Sedem prædictam respectivè concedi, ac tribui obtinuerint, nihilominus plura ex bonis Ecclesiasticis supradictis adhuc extent, quæ etiamnum a dictis A catholicis detinentur, ac si sua, & propria forent, eorumdem vero A catholicorum proferoque a reditu ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ deterreat, ac moretur metus ne bona prædicta, quibus nunc potiuntur, post sui reditum hujusmodi dimittere cogantur, utpote quibus destituti, vitæ humanæ subsidiis, ac commodis, quibus diu affueverunt, exuerentur, eorumque filii, & familia congrua, ac etiam quandoque necessaria sustentatione carentes ad inopiam, duramque egestatem redigerentur; Idem Carolus Princeps Elector animadvertens, quod si A catholicis præfatis postquam ad Religionem Catholicam conversi fuerint, bona sic occupata retinere liceret, sicut non ita pridem similibus bonorum occupatoribus in Ducatu Saxonie a nobis concessum fuit, merito sperari posset, fore ut A catholici prædicti tali sublato metu, seu remoto ad Orthodoxæ Fidei, & Ecclesiæ unitatem abjectis erroribus facilius reverterentur; nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dicti Caroli Principis Electoris in Deum pietatem, & Catholicæ Religionis tuendæ, & propagandæ Studium plurimum in Domino commendantes, ejusque desiderio hac in re, quantum nobis ex alto conceditur, obsecundare cupientes, simulque considerantes, salutem animarum pretioso Domini nostri Jesu Christi Sanguine redemptarum, terrenarum rerum, ceterisque humanis rationibus præcellere, ejusmodi supplicationibus inclinati (firmis, salvisque remanentibus quibuscumque fundationibus, applicationibus, aliisque dispositionibus de bonis sic recuperatis a Sede Apostolica, ac præsertim a memorato Alexandro Prædecessore factis, seu approbatis, nec non administratione aliorum bonorum istiusmodi eidem Carolo Principi Electori concessa, & attributa, ut præfertur, quibus per præfentes nullatenus derogare, aut quicquam desuper immutare, vel innovare intendimus) omnia, & singula bona Ecclesiastica cujusvis qualitatis, & valoris in Palatinatu inferiore, & Ducatu Neoburgensi hujusmodi consistentia, quæ præteritorum temporum calamitate occupata, nec hucusque recuperata, & vindicata fuerunt, sed a dictis A catholicis adhuc uti sua propria detinentur, sicut præmittitur, modernis eorum possessoribus, seu detentoribus, qui ad Catholicam Religionem deinceps redierint, eorumque Successoribus quibuscumque itidem Catholicis, & in sinceritate Orthodoxæ Fidei perseverantibus una cum fructibus perceptis de Apostolica potestatis plenitudine harum serie ex specialis dono gratiæ remittimus, condonamus, cedimus, & relaxamus, dictisque possessoribus, seu detentoribus, eorumque Successoribus, ut ipsi de bonis præfatis tam inter vivos, quam ex causa mortis, aut alias quomodolibet libere disponere possint, plenam tenore præsentium tribuimus facultatem, neque illos pro parte dictæ Sedis Apostolicæ Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum Piorum, aut Personarum Ecclesiasticarum ad quas, & quæ bona prædicta olim pertine-

bant ratione, & occasione præmissorum desuper molestari, inquietari, aut perturbari posse statuimus, & decernimus.

§. 3. Non obstantibus nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum Piorum hujusmodi fundationibus, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem præsentium literarum exemplis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori sub annulo Piscatoris die 13. Julii 1735. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Obstantibus
derogat.

Dat. die 13.
Julii 1735.
An. V.

Declaratur quod Ministro Generali Ord. S. Francisci Capuccinorum & Secundariis Superioribus ab eo dependentibus tanquam veris, & legitimis filiis ejusdem S. Francisci conveniat, & competat in quocumque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Ord. jam reperiuntur, erigere, instituere, & fundare Confraternitates.

CLXI.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolicæ servitutis officium, quod inscrutabilis Sapientiæ atque Clementiæ Dei altitudo humilitati nostræ meritis licet, & viribus longe impari committere dignata est, exigit, ut ad ea, quæ Christifidelium sub Religiosorum virorum in vinea Domini strenue allaborantium directione in rebus ad pietatis, & devotionis opera, gratiasque spirituales pertinentibus conductibilia esse noscuntur, libenter intendamus, sicut rerum, locorum, temporum, & personarum qualitate mature perpensa, salubriter in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Bonaventuræ a Ferraria Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut sibi, & pro tempore existentibus Ministro Generali, & Secundariis Superioribus ab eo dependentibus tanquam veris, & legitimis filiis ejusdem S. Francisci conveniat, & competat in quocumque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Ordinis jam reperiuntur, erigere, instituere, & fundare præfatum Tertium Ordinem pro quibuscumque piis, & devotis personis Sæcularibus utriusque sexus, atque hujusmodi Tertii Ordinis professoribus scapulare, sive habitum cum singulo conferre, in rebus spiritualibus dirigere, in tertia Regula memorati S. Francisci observanda privatim, & publice eos edocere, & instruere, utque ipsi Tertiarii a Capuccinis recepti omnino gaudere, atque ut possint, & debeant omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, & favoribus, ac prærogativis per Sedem Apostolicam Ordini Tertiariarum a quocumque Ministro

Procurium.

Declaratio,
de qua in Rubrica.